

Werk

Label: Chapter

Jahr: 1923

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?251726223_0011 | log20

Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

✉ info@digizeitschriften.de

1. (1).

Quod de reditu Basileam¹⁾ non prius monuerim factum est, quia tempus nunquam adcurate determinare potui, adeo me absorbere negotia, paterna et fraterna haereditas²⁾, litesque inde orti, itinera Moratum, Diesbacum, Worb, Ballenbühl etc. instituta et millena alia, quibus nunc utcumque compositis septimana proxime ineunda Berna proficiscar, et die Saturni qui proximus est Basileae adero. Tu ad idem tempus si eo convenias Bernoullianis³⁾ lectionibus finem inponemus. Ego vero hac hyeme uti destinaveram Basileae anatome incumbam⁴⁾, nisi spes sublimior me in Patriam retrahat. Vale et officiosissime saluta Patrem tuum cujus officia humanissime in me conlata gratus adgnosco, fratremque et amicos. Bernae 24. Sept. 1728.

2. (2).

Iterum literis inportunus sum, et aliquid officii a Te exigo prompto certe animo amicitiae tuae omni tempore responsurus. Schreiberi⁵⁾ nostri ut memor sis, moneo; plantarum specimina cum literis ad eum trade Bischofio reddendas Burggravio⁶⁾, ego meas

1) Siehe Einleitung S. 15.

5 Mai 1721

2) Der Vater Nicolaus Emanuel Haller starb 1720. Als Bruder ist offenbar Johann Anton gemeint, der 1699 geboren, als brandenburgischer Gardist gestorben sein soll. Hirzel I, 4.

3) Johannes Bernoulli (1667—1748), Dr. med. und Prof. der Mathematik zuerst in Groningen, seit 1705 in Basel. S. A. Burckhardt, Geschichte der medizinischen Fakultät Basel. Basel 1917, S. 209.

4) Schon von Bern aus hatte H. seinen Basler Lehrer Mieg (s. Einl. S. 13 ff.) angefragt, ob er ihn eventuell vertreten dürfte, was Mieg in einem Briefe vom 28. August zusagte. Hirzel I, 66.

5) Johann Friedrich Schreiber (1705—1760), Arzt aus Königsberg, doktorierte 1728 in Leyden, wollte in Leipzig die akademische Laufbahn ergreifen. Ging dann 1731 als Militärarzt in russische Dienste und wurde 1742 Professor der Anatomie und Chirurgie in Petersburg.

6) Johann Philipp Burggrave (1700—1775), Poliater in Frankfurt a. M. Haller lernte ihn auf seiner Reise von Tübingen nach Leyden 1725 kennen (Tagebuch S. 24) und unterhielt eine lebhaftes Korrespondenz mit ihm.

jungam. Meretur vel infortuniis suis amicus noster ut qua datur via eum consolemur. Quae si feceris, non eum solum sed et me in primis Tibi devinctum habebis.

Ego interim inglorio otio marcesco, vitae generis omni disciplinarum ornamento nudi pertaesus. Nec tamen ruri adornata prius bibliotheca, quod longum est, urbem petere conceditur. Quam semel ubi intravero deperditum tempus magno studio compensare adnitar. Nihil enim vel famae vel ingenio magis infestum novi, inutili otio, quo a seriis avocatur animus, et ad omnia alia traducitur. Novi pauca habeo. Fons Langenthalensis examine Collegii medici inventus est alumine, terra alcalina, naphthae momento et vitriolo constare: Vires laudant eximias forte aliunde laudatores. Ibi diversoria vitaeque commoda abunde subpetunt et oppidi situs balnea alia longissime superat. Duplex fons est major balneo, minor et saturatior potui destinatus. Haec Christianus¹⁾ Patriae divenditis mineris restitutus. Caeterum ex lapidibus auro volatili plenis, astrum solis²⁾ s<ive> medicamentum fere universale parat et alia, libello exiguo descripta, quem hoc anno edidit. Petropolin nuper literas dedi Gmelino³⁾, de rebus meis inquirenti, responsorias; inde nova plurima spero, quae communicabo. Spes mihi fit secandi in Nosocomio nostro vel hac ipsa hyeme licet, ut de iis quae inpense expeto, subdubitem. Quod si fiat, de ductibus salivalibus pergam experimenta facere, speciminis loco edenda. Caeterum corpus bene valet, animus aeger fere est, quem lautitiarum et omnigeni consortii taedium tenet. Quid tu, ornando ingenio perpetuo adplicatus? Unum fere omisissem. Per tuos cura mihi

1) Wolfgang Christen promovierte 1701 in Basel zum Dr. med. Ging 1710 nach Neuenburg in preußische Dienste. Starb 1745 in seiner Vaterstadt Bern als erster Stadtphysikus. Leu V, 253 f.

2) Zedlersches Lexikon 2, 1981: „Astrum heißt bei den Chemicis figürlicher Weise die Kraft und Macht der Dinge, so sie nach ihrer Zubereitung erlangt haben, also wird Sulphuris Astrum genennt, wenn man den Schwefel anzündet, dadurch er in ein vortreffliches Öl verwandelt wird. Ingleichen ist Astrum salis, wenn man das Saltz in Wasser oder Öl auflöset, dadurch es gleichfalls große Tugenden bekommt.“ Da sol die alchemistische Bezeichnung des Goldes ist, wird astrum solis etwa eine Goldtinktur sein.

3) Johann Georg Gmelin 1709—1755, Tübinger Freund Hallers, promovierte 1727 und ging nach Petersburg, wo er 1731 Prof. der Chemie und Naturgeschichte wurde. Von 1733—1743 nahm er an einer großen wissenschaftlichen Expedition nach Sibirien teil. 1747 kehrte er nach Tübingen zurück und wurde Prof. der Botanik und Chemie. Seine Hauptwerke sind die „Reisen durch Sibirien“ (4 Bände, Göttingen 1751—1752) und die „Flora Sibirica“ (4 Bände, Petersburg 1747—1769). Gurlt-Hirsch II, 579.

comparari serici, quod vocant Gazete semilibram, optimae, nodis purae; hanc per tabellarios, Messagerie, trans mitte; pretium gratus reddam. Apud nos vix habetur. Stähelino¹⁾ nuper scripsi, de more non respondet. Alpes aditurum febris recidivae metus²⁾ retinuit: Anno proximo autem eo majorem ambitum percurram, exhortantibus familiaribus, non quod metuebam detinentibus. Vale et me ama.

Dabam ex praedio meo³⁾ die 12. Aug. 1729. Literas nudo nomini inscribe.

3. (3).

Morti proximus vix evado. Rubeolae a Generoso viro, qui consilio meo usus erat adceptae, ita me prostraverunt ut vix ullus amicorum me agnoscat post octo dies octoque noctes quas insomnes transegi cum febre magna, maculis vix sub finem morbi erumpentibus. Omnia mea morbo hoc funditus eversa sunt. Praxis, scriptum Lipsiae prelo tradendum⁴⁾ etc. Nunc vix paulatim vires recipio et mente recte utor. Scripseras quantum memini, nec enim domi decumbo, sed apud cognatum, de methodo mea conscribendi collectanea. Doleo si quid singulare a me exspectes, nec enim habeo. Libros meos breviter jam a multis annis nocte perlego, sic utcunque auctorum contenta mente inprimo, adnoto. Ubi materia quaedam est sub manibus, evolvo quos novi optimos, et ex his exscribo breviter quae placent. Subjungo Boerhaavianis manuscriptis, quae augeo, ordino, corrigo, res labore plena temporis edax. Nunquam vero eo potui me adigere ut locos communes conficerem, servilis labor est et infinitus homini inprimis negotioso. Hac aestate agrum nostrum percurrere, Hippocratem perlegere constitui. Interea de fortunis meis multa nunc incerta plana fient. Poenitet Huberi⁵⁾ quem detineo inutilis, sed quis fata domet? Poema de

1) Benedikt Stähelin (1695—1750), Professor der Physik in Basel. S. Einl. S. 13, Hirzel I, 49 ff.

2) Im Juni hatte Haller während eines Besuches bei Verwandten in Königsfelden ein Tertianfieber durchgemacht. S. die beiden Briefe Zwingers an ihn, Epist. I, 34 ff.

3) Offenbar das Hasli-Gut, das Hallers Stiefmutter damals vermutlich bewohnte. Vetter S. 4 Anm. 1.

4) Offenbar De musculis diaphragmatis, das zum größten Teil in Basel entstanden ist. S. Gesner in Epist. I, 66: „Quodsi opus tuum Lipsiae typis tradendum aliquando lucem viderit, utilissima inde in rem anatomicam atque medicam habebimus.“

5) Johann Jakob Huber (1707—1778) Anatom und Botaniker. Studierte in Basel, folgte 1730 auf Anraten von König und Stähelin Haller nach Bern zu weiterer Ausbildung. 1733 promovierte er in Basel und machte dann eine

Alpibus et alia ita discurrunt ut idem fere sit futurum si publica reddiderim. Urget bibliopola¹⁾, sed strenue renitor. Multa in dies tollo, corrigo, addo nihil, de more. Novi his nundinis haud exspecto multum, cum bibliopola noster morbo detineatur. Sed literas adcipiam Petropoli et promissos inde libros. Stettlerus praefectus Bonmontensis omnibus honoribus publicis exutus est poenamque solvet 60.000 ₣ ob res male gestas. Lombachius †... nuptias proxime inibit. Vale et me ama. Bernae die Martii 21. A. 1730.

4.

• (4).

Bernae, die Maji 3. 1730.

Turbae plurimae morbum meum secutae res meas ita impediunt ut neminem amicorum salutare potuerim. Inpedimentorum inportuna translatio, hospicii necessaria mutatio, actio judiciaria et pauci quidem aegri tempus absorbent, me mihi auferunt. Statam tamen habeo diem pro itinere Alpino comite Hubero instituendo, quo et curarum onus depellere et antiquas plantarum ideas renovare studebo. Felicem Te, qui otii sui rationem sibi habet permissam, nec turba hominum, nec irrequietis negotiis implicatus. Ego vero Leydense otium beatosque dies reposco a superis quibus in pune licebat suum esse. A Michelio²⁾ pauca expectabam, Gronovius³⁾ hominem dixerat vanum et lucri cupidiorum quam deceret medicum. Ego vero ex Anglia adcepi Pemberton's View of Newtonian Philosophy⁴⁾, splendidum librum quo inprimis Newtonianae

Studienreise nach Paris. 1736 wurde er durch Hallers Bemühungen Prosektor in Göttingen, 1739 außerordentlicher Professor. Er folgte 1742 einem Rufe an das Collegium Carolinum nach Cassel als Professor der Anatomie und praktischen Chirurgie und wurde daselbst Leibarzt und Hofrat des Landgrafen. Mit Haller war er anfänglich innig befreundet, entzweite sich dann aber mit ihm. Gurlt-Hirsch III, 297.

1) Hallers Bruder Niklaus Emanuel.

2) Es handelt sich offenbar um eine Verwechslung. Gemeint ist Pietro Antonio Micheli, von dessen neuem Buch „Nova plantarum genera, Florent. 1729“ Gesner in seinem Briefe vom 25. März 1730 spricht. S. Epist. I, 67. Micheli war nicht Arzt, sondern, wie Haller Bibl. bot. II, 186 sagt: „hortulanus, illiteratus et pauper, sed plantarum spontaneorum studiosissimus, inque iis per universam Italiam, Salzburgum usque venandis solertissimus et felicissimus, magnus Fungorum, Muscorum, Lichenum, Graminum et varietatum indagator.“

3) J. Friedrich Gronovius (1690—1760). Sohn von Jakob Gronovius. Studierte Medizin und war leidenschaftlicher Botaniker. Lebte in Leyden. S. van der Aa, Biogr. Woorderboek der Nederlanden VII, 445.

4) Henry Pemberton (1694—1771). A view of Sir I. Newtons Philosophy. 1728.

philosophiae mysteria facili stylo et sine algebra revelantur. Tum Drake's Anthropography¹⁾ parum auctum et Transactiones adusque Julium mensem anni 1729. Curiosis multis et utilibus plenissimum Cowlet de Ascaridibus²⁾ continet generationem Taeniae ex ascaridum complexu, Andryum³⁾ plurimis refutat. Adparet ex testimonio Boerhaavium anno saltem 1729 nondum academicos honores deposuisse⁴⁾. Plura ex nundinis exspecto. Hortum jam comtorem habeo. Plantas Alpinas loco natali effossas singulari hortulo conserere destino, curiosiores saltem. Iter erit per Gurnigel, Weissenburg, Lauterbrunn, Grindelwald, Meiringen, nisi forte et Gemmum denuo conscendam. Parabo etiam species pro infusis variis. De cathedra medica erigenda proxime a Senatu academico monebitur Cels. Magistratus. An vero subcessus responsurus sit votis, ego quidem dubito. Lipsiensibus actis autumnalibus aliqua inserenda habeo, si et tu quaedam habes, mitte. Plantas servo adhuc, cum nemo Nostratum Lipsienses eas nundinas adiverit. Proxime literas dabo ad Schreiberum. Newtoni Arithmeticam adicipies a tabellario onera gestante. Saluta fratrem. Vale et me ama!

5.

(5).

Exspecto Bernoulliana Tua, quae commodius ante iter Alpinum exscribam. Catalogos a Boerhaavio transmissos expedi, quas enim Alpes nostrae dabunt plantas, eas horto conservare atque semina legere, animus est et occasio⁵⁾. Simul Thermas Gournigel et Aquas adibo Wissenburgenses, nisi praxeos hand infelicis negotia me hic detineant. Serici quale transmittito uncias abs te exspecto viginti vel eodem colore, vel albo tincti, praestat tamen qualem hoc specimen gerit. Pretium cum caeteris tibi numerari curabo. Ego sic satis valeo, praxi et amicorum consortiis distentus, et ineunte Julio Alpes adeo. Hac septimana infantis atrophiam

1) James Drake, Anthropologia nova, or a system of anatomy describing the animal Oeconomy etc. London 1707. 8. 2 Bde. 1727. 8. BA II, 10.

2) Stephan Coulet, de ascaridibus et lumbrico lato tractatus. Leid. 1729. 8. BA II, 227.

3) Nicolas Andry, de la génération des vers dans le corps de l'homme Paris 1700 u. f. BA I, 812.

4) Hermann Boerhaave (1668—1738), Hallers Lehrer in Leyden. Im Frühjahr 1729 legte B. nach einer längeren Krankheit die Professur für Chemie und Botanik nieder und behielt nur noch die medizinische bei.

5) Gesner an Haller, 9. Mai 1730. Epist. I, 68: „Binos accepi catalogos seminum plantarum alpinarum, quae cuperet Cel. Boerhaavius, ad te transmittam quam proxime, te rogaturus ut in eas attentus invigilare velis, nullus enim dubito, quin tanti viri in hisce studio aliquantum satisfacere velis.“

demortui sectionem administravi. Inveni pulmonis dextrum lobum compressum in minimum spatium, cor justo longe majus, omentum fere nullum, ventriculum in gracilis intestini speciem contractum substantia crassa et scirrhusa, intestina loco mota, sic ut adpendix vermiformis mediae vesicae incumberet et colon ventriculi prospectum subriperet. Et alia. Hic primus c<adaver> quem aperui. Res nova hic fuit, sed silentio pressa. Academicus senatus de meis rebus hucusque non disposuit. Videtur tamen haec res multis cordi esse hisque ex proceribus qui plurimum pollent. Expectandum. Buxbaumii¹⁾ Centurias adcepi. Multa videntur, nec nova esse, nec distincta, figurae fere ad siccum. Nova genera non amat, in hoc laudabilis. Censor est acerrimus et nimis forte audax, imprimis vero Tournefortium²⁾ exagitat. Alpina tua exspecto curiosa certe et utilia. Plantas valetudine et negotiis obpressus jam diu non adivi, non negligam tamen. Magis magisque crescit in ordinandis varietatibus confusio. Nec adest qui sublevet dubitantem. Fertilis tamen videtur ager noster, etiam Alpinis plantis. Plura post nundinas Lipsienses, augetur enim bibliotheca mea, et crescet si Fortuna faverit. Vale et saluta amicos. Dabam Bernae die Junii 10. 1730.

6.

(6)

Diu servatum abrupto silentium quod non amoris quo te persequor defectus sed ipse rerum status tam diu protrahere jussit, ita constitutis meis negotiis ut vix lectu digna habeam, quae ad te scribam. Alpinum iter vix per montes Riesensteffen, Baach, Blanaalp persequabar cum nobilis viri lethalis morbus me ex amoenissimis botanices campis revocavit. Novas plantas forte unam vel alteram possideo: uti Leucanthemum flore Chamaemeli, et rara satis multa, sic Pedicularis spica versicolore, alia folio Teucree atro-rubente coma, Polygala brevi folio, flore flavescente etc. quorum catalogum ad 222 comprehendentem misi ad Stehelinum. Leontopodium Lobelii, s. Filaginem capite folioso, reperi quam tu eo no-

1) J. Christian Buxbaum (1691—1730), Botaniker; war Professor in Halle. Von Friedrich Hoffmann wurde er dem Grafen Alexander Romanzoff empfohlen, der als Gesandter nach Konstantinopel ging. Er bekam so Gelegenheit, den Osten zu bereisen. Die besten Früchte dieser Studien waren die Centuria I. plantarum circa Byzantium etc. in Oriente observatarum. Petrop. 1728. 8. Centuria II. 1729. BB II, 170.

2) Joseph Pitton de Tournefort (1656—1708), französischer Botaniker. 1683 als Nachfolger von Fagon Professor der Botanik am Jardin des Plantes. Unternahm zahlreiche botanische Reisen.

mine misisti, est quaedam Filago ex Germanicis Lobelii quam nondum penitus extricavi. Veronica tibi tetragona Columnae mihi est Petraea sempervivens Ponae, quam Scheuchzerus¹⁾ in Itinere vocat Gaebius, est Absinthium Scriphium incanum, Nostrates vero Gebuse dicunt. Transplantatio Alpinarum non cessit ex voto. Lychnidem purpuream fol. gramineo, Alchimillam enneapl., Orchides, Absynthium, Astrantiam una cum solo exfossam, terrae commisi, omnes brevi exaruerunt. Exoticae vero plantae, a Stehelino et Batavis quibusdam communicatae feliciter in flores adoleverunt, quarum catalogum ad 150 comprehendentem vere proximo tecum communicabo exemplaria etiam missurus, si velis. Doleo tamen me votis Boerhaavii non respondere; forte feliciori sydere proxima aestate alpes percurram majori cum otio, si modo aegri sinant quorum fere molestus incipit esse numerus. Variolae confluentes saeviunt ruri, incipiunt cum delirio vix post triduum expugnando, decima die adcedunt convulsiones saevae, dentium adfrictus cum clangore horrendo, undecima moriuntur, vel maturescentibus pustulis evadunt. Urbs tamen contagio hucusque libera. Nobilem puerum consiliis adiuvo, cui a vermibus erosum intestinum ilium, sub hepate, inter costas notas et crepidinem ossis ilium quod pro recto prior habuit medicus, insignis uti vides anatomicus. Subpuratio abundans minatur lethalem resorptionem et phthisin chlorosin, familiarem urbi nostrae, satis feliciter hucusque debellavi, quae res magno mihi fuit nomini et emolumento. Usus diuturnus Elix. propr. cum K. Martis interpositis pediluviiis et purgantibus rem omnem absolvit, castoreo et opio sub nocte admixtis, nec convulsiones etiam teterrimae his resistunt. Ulcuscula, achores²⁾ molestos pulchellis virginibus satis adhuc in manu habeo. Chronicos vero morbos rarissime sanari observo, cum nec aegri impatientia nec adstantium inopportunitas eam constantiam concedant, quae sola tanta mala vincit. Febres tamen quartanae facile hucusque cesserunt, post unum alterumve paroxysmum † . . . satis practice hucusque saltem. Si non curiosa, ea tamen vides, quibus occupor? In commentario Boerhaaviano lentus procedo, cum materies in plurima volumina crescant. Verum ea opera revocantur artis principia, ordinantur ideae, fundamentum ponitur collectaneis. Deglutitio ad 150 paginas fol. sola consumsit descriptionem organorum, methodum naturae comprehendens in quibus ab auctore totus differo.

1) Johann Jakob Scheuchzer (1676—1733), Zürcher Naturforscher, Gesners Lehrer. S. Wolf, Biographien zur Kulturgeschichte der Schweiz I, 180 ff.

2) Impetiginöse Efflorescenzen.

Abhandlungen d. K. Ges. d. Wiss. zu Göttingen. Math.-phys. Kl. N. F. Bd. 11, 2. 3

Proxime ventriculum adgredior. Tu vero, si fieri queat, mitte Bernoullianam infinitorum expositionem, ut tandem mathematica volumina finiam. Vale et me ama. Bernae ex Musaeo. Die Octobris 13. anni 1730.

7.

(7).

Exoptatas tuas cum Bernoullianis manuscriptis adcepi, gratiasque ago debitas atque, ut aliquantisper adhuc eorum usum mihi concedas, rogo, cum collegia, uti vocant, mathematica, medica, historica me hucusque ita praepedierint, ut simul et praxi satis uberi vacare et commentarios meos ordinare vix potuerim, de aliis autem vix inciderit cogitatio. Plantas quas petis adicipies cumque his alias. Longe tamen uberiores messem exspecto ab aestate proxima, cujus aliquam partem in pago Brienzi, cujus pastor cognatus est et amicus, transigam in legendis et forte depingendis plantis inmoraturus. Leucanthemum quod mitto non est quod putas¹⁾, potius re adcurate perpensa suspicor, flores ab insectis adrosos nova specie mihi inposuisse. Polygalam credidit Stehelinus referri posse ad eam Vaillantii, sed multum abest. Bellidem Tuam²⁾ eandem suspicor cum mea purpurea minima, quam tamen non examinavi. Catalogum mitto; si quid tibi curiosius videtur, pete. Experimenta tua curiosa sunt³⁾. Memini de calculo Newtoniano lapidis me olim te monuisse, num calculus meus tibi videatur verior mone. Hortenses plantas a proximo vere exspecto, nunc catalogum conficere non potui. Ad anatomen maximo studio feror, sed hucusque vix conceditur, licet ad fibras musculosas ventriculi repetitis experimentis eguerim quam maxime. Intestina nunc tracto. Michellii scriptum adicipiam, ni fallor. Novae Ephemerides parum continent boni. Exspecto etiam Cowperi Myotomiam⁴⁾ et Boylii opera edente Shaw⁵⁾. Tabularum Botanicarum difficultatem ex

1) Gesner an Haller, 31. Oktober 1730. Epist. I, 76: „Leucanthemum flore Chamaemeli est forte Leucanthemum foliis Coronopi, hoc enim flore pariter ejusque odore ad Chamaemelum proxime accedit . . .“

2) Gesner an H., 31. Okt. 1730. Epist. I, 76: „Hac aestate pariter momentaneum quasi iter in Alpes suscepi, maximam partem Alpium Glaronensium pertransivi, plantas plures ex rarioribus inter alpinas conquisivi . . . Bellidem alpinam minimam semine papposo (quae ex Michellii emendationibus, in novis plantarum generibus Bellidastrium dicenda esset) . . .“

3) Ibid. In itinere pauca experimenta institui Barometrica circa elasticitatem aeris, quae cum calculo algebraico contuli etc.

4) William Cowper, Myotomia reformata, or a new administration of all the muscles of human bodies. London 1694. 8.

5) Robert Boyle, Opera omnia ed. Shaw. Venetiis 1696—97. 3 vol.

ipsorum synonymorum difficultate nimis perspicio, vixque nisi ab homine unice his intento multum exspecto, nihil ergo a me, qui per omne fere studiorum genus vagor, lectione veterum nunc occupatus, et saepe in uno numero Boerhaavii 15 et ultra dies insumens. Morbum Tibi ecce non descriptum, nisi multum fallor, an acutum, an chronicum, vide. Virgo nobilis E. W. de M.¹⁾ de qua credo aliquid jam audiisti, ante 42 dies delirio, conatu vomendi, convulsionibus tentatur. Data epispastica castoreata, opiata, cessit morbus. Nocte tertia ingruit dolor in regione diaphragmatis punctorius, respiratio, pulsus celeres et parvi, suffocatio imminens, ipsa nocte secatur vena, adplicantur emollientia cataplasmata etc. Hinc quies ad diem morbi 7, qua nocte ex adfectu animi lacrumae, singultus, dolor colicus, vomitus omnium 24 horis persistens, deliquis animi perpetuis intermissis. Ingruente nocte cedunt omnia, sed vires prostratae cum aphonia. Colici dolores utcunque recidivantes, sine tamen convulsionibus perstiterunt per aliquot dies cum levi delirio. Efficacibus remediis et haec mala cesserunt. Post intermissionem septem dierum singultus, vomitus rediit, adcedit subpressio urinae cum tetro dolore, variis castoreatis, terebinthinatis, tandem fortissimis et hoc cessit. Intermissionem hanc excepit post aliquot dies dirus insultus cum coecitate, aphonia, deliro levi, deglutitionis absoluta impossibilitate, mortis signis fere omnibus, quae fere sponte discesserunt. Tandem post quatuordecim dies serenos redit insultus atrocior, cum convulsionibus horrendis, omni fide atrocioribus, sine delirio, per 5 continuos dies, comite subpressione urinae, septima demum die soluta, subcedente ejusdem incontinentia. Convulsiones excepit tensio abdominis dolorifica, paralysis pedis sinistri totius, et febris convulsiva sternutatoria, tertianae primum, nunc quartanae typum sequens cum doloribus inmanibus. Quae omnia, dum scribo, paulatim discessum parant. Mortem quam saepe speravimus optavimusque puellae nobili, delicatae et ultra humanas vires patienti, si aliquando exciperet sectio practica, miri aliquid exspecto, vel calculum renis eximium, vel aliquam in visceribus anomaliam. Ad morbos enim hystericos non pertinet, cum mens perpetuo fuerit laeta et ultra heroum constantiam erecta, in ipsis doloribus serena²⁾.

1) von Mälinen? von Muralt? Wyss von Mathod? S. Vetter S. 11.

2) Zu dem Fall äußert sich Gesner, Epist. I, 93: „Singularis prorsus est cujus mentionem facis morbus complicatus adeo, ut de simili vel legisse, vel audisse non meminerim: mihi videtur initium inflammationem diaphragmatis fuisse, materiem vero phlogisticam ultimis temporibus in systemate totius sanguinis prae-

Sericum adcepi. Novem florenos, quos debeo tibi, numerabit aliquis ex vestris mercatoribus, quem nomina, sic tamen ut Gillerus¹⁾ tres numeret. Fischerum²⁾ me non vidisse doleo. Ea est apud nos hominum doctorum solitudo, ut vix nisi simili occasione aliquo honesto utilique sermone frui liceat, quod spero a Stehelino, Alpes mecum petituro. Vale et me, ut facis ama. Dabam Bernae die Decembris undecima 1730.

8. (8).

Plantarum catalogum adcepi dubiasque³⁾ simul plantulas tibi remittere destinaveram, quas nunc demum cum manuscriptis tuis habebis, diu et ut pudeat negligenter adservatis, donec nupero otio ex iis me expediverim. Bellis mea non est genere distincta a Bellide vulgari. Leontopodium meum cum minori Clusii, Morisoni, aliorum convenit in omnibus. Chamaebuxus a Polygala differt petali parte inferiori, quae profunde secta est in Polygalis, quas hucusque vidi, rotunda in hac, sed fructus convenit. Alias observationes nec temporis ratio nec anni aetas permisit; futura aestate Alpes felicioribus auspiciis adire destinavi, Gemmum montem concensurus, simul characteres descriptione, forte et figuris excepturus. Specimen in Xeranthemo nostro transmittito Stokio⁴⁾, cuius societatem non repudiavi, cum et curiosa sit, nec incommoda. Felicitatem tuam miror, qui in rebus curiosis patronum⁵⁾ nactus es, nostri in politicis sunt toti, studia et naturam nil curant.

cipue venae portae detineri: adeo vero intricata sunt symptomate, ut causa singula explicans vix indicetur, nisi forte post sectionem.

1) Peter Giller (1703—1764), St. Galler Arzt, Leydener Studienfreund Hallers. S. das Gedicht „Über die Ehre“. Hirzel II, 9.

2) Ges. an H. Epist. I, 94: „D. Prof. Fischerum urbem nostram transeuntem efflagitavi, ut praecipua momenta Philosophiae Wolfianae traderet, quam sequor.“ Cl. G. Fischer war außerordentlicher Prof. der Physik in Königsberg, war ein Verteidiger Wolffs und wurde mit ihm 1723 aus Preußen vertrieben. S. Wolffs eigene Lebensbeschreibung, herausgeg. von Wuttke, Leipzig 1841, S. 29.

3) Ges. a. H. 15. Jan. 1731. Epist. I, 87: „Video in catalogo tuo quasdam alpinas species, de quibus dubius sum, ut n. 14, 16, 17, quas si mecum communicabis gratissimum facies etc.“

4) Gesner an Haller, 15. Jan. 1731. Epist. I, 93: „Hisce diebus accipio a Cl. Stockio physiko Norimbergensi literas humanissimas, in quibus me ad universale commercium litterarium ad rei medicae ac scientiae naturalis incrementum a Medicis Norimbergensibus institutum invitat: absque dubio et similes accepisti: quid tu de hoc conatu?“

5) Gesner an Haller 15. Januar 1731. Epist. I, 88: „Generosus et praenobilis D. Escherus im Seidenhoff, Historiae naturalis peritissimus aequae ac amantissimus animalia, plantas et curiosa alia Helvetiae partes cupit, mihiq. author

Mathematica serio tracto cum nobilibus discipulis. Tua quam maxima adtentione perlegi, haecque pauca ex l'Hopitalii¹⁾ opere excerpta remitto, non ut corrigam quae forte minus recte intelligo, sed ut videas, id tempus quo Tua retinui non adeo inutiliter esse contritum.

L'Hop. Exemp. III. de tang. De hyperbolis loqueris, sed aequationem adfers de eclipsibus, tum omittis analysin quae operosa est et ita se habet.

Est aequatio $\frac{ay^{m+n}}{b} = x^m \times \frac{n}{a+x}$ et differentialia erunt

$$\frac{m+nay^{m+n-1}dy}{b} = mx^{m-1}dx \times \frac{n}{a+x} + \frac{n}{na+x} x^m dx$$

unde valor dx fit =

$$\frac{\frac{m+nay^{m+n-1}dy}{b}}{mx^{m-1} \times \frac{n}{a+x} + \frac{n}{na+x} x^m}$$

Et ex formula subtangens = $\frac{ydx}{dy}$ est =

$$\frac{y \cdot \frac{m+nay^{m+n-1}dy}{b}}{\frac{mx^{m-1} \times \frac{n}{a+x} + \frac{n}{na+x} x^m}{dy}}$$

Subponendo y in dimensione numeratoris primi evanescit -1 et substituendo loco ay^{m+n} valorem vi aequationis $bx^m \times \frac{n}{a+x}$, fit loco hujus aequationis

$$\frac{ydx}{dy} = \frac{\frac{m+nbx^m \times \frac{n}{a+x} dy}{b}}{\frac{mx^{m+1} \times \frac{n}{a+x} + \frac{n}{na+x} x^m}{dy}}$$

Deletis dy et b , tunc reprimendo omnia x per $m-1$ fit loco hujus

fuit novi itineris per alpes capiundi, ut inde ad eum plantae vivae et recentes mitti queant: quascunque in hortum transplantare spondet . . ." Es handelt sich um Johannes Escher (1697—1734), der ein bedeutendes Naturalienkabinett besaß. S. Wolf I, 289, Note 27.

1) L'Hôpital (Guillaume-François-Antoine de), marquis de Sainte-Mesme, comte d'Entremont (1661—1704), berühmter französischer Geometer, Schüler von Johann Bernoulli. Nach seinem Tod erst erschien der *Traité analytique des sections coniques et de leur usage sous la résolution des équations dans les problèmes tant déterminés qu'indéterminés*. (Paris 1707. 4).

quod dat

$$\frac{\frac{m+nx^{n-m+1} \times a+x}{mx^{-m-1+1+m} \times a+x + na+x} \times \frac{n}{x^{m-m+1}}}{\frac{m+nx \times a+x}{ma+x + na+x} \times \frac{n}{x}}$$

exprimendo etiam $a+x^n$ per $n-1$ fit

$$\frac{\frac{m+nx \times a+x}{ma+x + na+x} \times \frac{n}{x}}{\frac{m+n \times a+x}{ma+mx+nx} = \frac{m+n \times a+x}{ma+m+n} \times \frac{n}{x}} \quad \text{quod habet auctor.}$$

Prop. III. p. 17. Lineam sinuum tuam non intelligo. Si Leibnitziana est, tunc debent sumi abscissae in ratione abscissarum diametri et adplicatae in ratione adplicatarum in circulo genitore. Tunc enim erunt adplicatae curvae uti adplicatae circulis, quae sunt sinus angulorum quos cum radio faciunt. Tunc vero est $x = y$ et $y = PQ$ non autem abscissae LQ et cur SM vis fieri $= PQ$ quae ex aequatione est $\frac{sdx}{\tau}$.

Prop. IV. Demonstras AMC esse ellipsin si CD cadat intra AB . Et dicis esse $yy \frac{e}{b} \times ax + bx - xx$ in ratione constanti? Mihi videtur cum data sit ratio y ad PN tum et ad PQ esse et rationem $y \times y$. $PN \times PQ$ datam hinc $yy \frac{cx}{a} \times \frac{ac+bc-cx}{b} :: m.c.$ Et si c sit unitas fieri

$$yy = m \times \frac{x}{a} \times \frac{a+b-x}{b} \quad \text{et} \quad yy = m \times \frac{ax+bx-xx}{ab}.$$

Unde $ab.m :: ax+bx-xx.yy$, si segmentorum diametri rectangula sunt ad quadrata adplicatarum in ratione data.

De maximis et minimis Exl.

Calculus est $x^3 + \frac{27x^6}{a^3} = 3x^3$ transferendo x^3 , $\frac{27x^6}{a^3} = 2x^3$ deprimendo per x^3 fit $27x^3 = 2a^3$ extrahendo radicem cubicam utriusque $3x = \sqrt[3]{2a^3} = a\sqrt[3]{2}$ et $x = \frac{1}{3a}\sqrt[3]{2}$. Nec enim radix cubica de $9x^3$ est $3x^3$ ut tu habes, sed quadrata hinc $9x^3 = \sqrt[3]{a^3}$.

L'Hop. pag. XLIV fig. 37.

Si $m = 2$, $n = -1$ tunc $\frac{xx}{a-x} =$ quaesitae $PM = \frac{xx}{-a}$ Sed

cur tunc auctor dicit $x - a = 0$ cum adsumserit $AE = 2$ a vi constructionis. Cur $DE =$ infinitae. Cur $y = 1$. Haec non video et invenio tecum $\frac{xx}{-a} = \frac{410}{-10}$.

Exempl. VIII. Cylindri quaesita superficies est = superficiei solidi tunc duplo etiam circulo $\beta\acute{\alpha}\sigma\epsilon\omega\varsigma$ hinc $\frac{2a^3}{x} + 4px$ non ut $tu = \frac{2a^3}{x} + 2pxx$. Quare prodit simplicior aequatio $x = \sqrt{\frac{a^3}{2p}}$ et nimis planum est $\sqrt[3]{\frac{a}{2p}}$ non esse lineam.

L'Hop. p. LV. Scholion. dy^3 non est differentia primi gradus cubi de y , quae est $3yydy$ sed cubus differentiae de y uti $dy^2 =$ quadrato differentiae de y .

Pag. 59. In exemplo primo loco $\frac{2\sqrt{dx+dy^2}}{dx}$ datur pro differentiali

$$\begin{aligned} \frac{dz\sqrt{dx^2+dy^2} + \frac{1}{2}\frac{dx^2+dy^2}{dx^2} 2ddydy \times z}{dx^2} &= \frac{dz\sqrt{dx^2+dy^2} + \frac{2dyddy}{\sqrt{dx^2+dy^2}}}{dx^2} \\ &= \frac{dzdx^2 + dzdy^2 + zdyddy}{dx^3\sqrt{dx^2+dy^2}} \end{aligned}$$

non $dx\sqrt{dx^2+dy^2}$ cum in omni fractione $\frac{y}{x}$ differentia sit $\frac{ydx-dxy}{xx}$ in nostro vero casu $-dxddx\sqrt{dx^2+dy^2}$ evanescit ob $ddx = 0$.

Observationem Tuam accuratam imitari non licuit. Aegra mea sanitatem continuato martialium usu recepit et bene habet. Vivisectiones pro re nata celeberrime, quibus pro diaphragmatis historia in primis opus mihi est. Vasa tunicae musculosae sunt exigua, mirorque in Ruyschii epistolis¹⁾ adeo magna depicta esse. Injectio optime successit, mihi hucusque nihil simile perficere licuit. Ephe-merides accepi, tum et Acta Berolinensia et a Schreiberno literas, cujus donum²⁾ cum plagulis tuis habebis. Junxit haecce praemittendis suae Medicinae Physico-Mathematicae³⁾, quae nuper edit. *Ἀρχιβεια* mathematica, definitiones, scholia, totus veritatis apparatus adest, omnia in metaphysicam resoluta, novi habitus et

1) Friedrich Ruysch (1638–1731), Holländischer Anatom, besonders berühmt durch seine Technik der Gefäßinjektion. Die epistolae sind 16 anatomische Briefe von Schülern mit Ruyschs Antwort, worin vor allem Irrtümer des Leydener Anatomen Bildoo bekämpft werden. BA I, 531 f.

2) Seine Dissertation de lacrymis et fetu. Lips. 1729. 4. S. Epist. I, 94.

3) Fundamenta medicinae physico-mathematica Tom. I. Lipsiae 1731.

methodi. Judicium suspendo cum de amico agatur, homini solide erudito plurimumque de me merito. Promittit continuationem tunc et Galenum de Usu partium Germanice. Ultimam hoc addo quod nihil ad Te, plurimum ad me facit, quod nempe ante elapsas aliquas septimanas nuptias celebraverim com Nob. Virgine Mariana Wyss de Mathou et la Motte¹⁾. Quibus tamen studia mea non interrupta sunt, imo ordinata potius otiumque partum. Vale et me ama. Dabam 6. april 1731.

Plantulas nullas mitto, prius Alpes consensurus adcuratius observationes plurimas tunc editurus, quod et Tu facias hortor. De calculo integrali si quid habes promte mitte grato homini et diligentiori nunc. Amicus nobilis rogat quanti apud vos constet Lewii Eydenössisches Staatsrecht III Tomis?²⁾.

9.

(9).

Recte Tuas adcepi eruditione plenas, et vel ideo gratissimas, quod Tuas sint. Schreiberi tantum prolegomena prodierunt, nec apud nos habentur. Si velis legenda, mittam. Homo minime malus, sed omnia nova vult, amictu, ordine. Sic quare *ὀγκιστὸν* Medicum a *Θεραπεύτην*, utrumque a Practico distinguat et singulo suum officium det singulare, non video. Wolfiana³⁾ legi, clara, solida et nemini inutilia, sed quod Schreiberi jam olim dixi, pons theoriae mathematicae ad praxin stratus non est. Scripsi ad Schreiberum per D. Hut, Parisiis advenam, quem et Tu videbis aut vides. Refert Winslowi anatomen⁴⁾, pro parte typis datam, sic et Garenjeoti⁵⁾ operationem. Denys⁶⁾ de calculo scripsit, Leidensis homo non insulsus certe cum tabulis elegantissimis. Vidistine Duverneyi editionem Leidensem⁷⁾? Satis est elegans, nec cara. Waltheri⁸⁾

1) Die Trauung fand am 19. Hornung in der Kirche zu Köniz bei Bern statt. Hirzel I, 81.

2) Joh. Jak. Leu, Eydenössisches Stadt- und Landrecht. 4 Bde, Zürich 1727—1746.

3) Der Philosoph und Mathematiker Christian Wolff (1679—1754).

4) Jacques Bénigne Winslow (1669—1760), Pariser Anatom, Hallers Lehrer. Seine Exposition anatomique de la structure du corps humain erschien in Paris 1732.

5) René Jacques Croissant de Garenjeot (1668—1759), Pariser Chirurg. Sein Traité des opérations de chirurgie erschien Paris 1720, in neuer Auflage 1731.

6) Jakob Denys (geb. 1670), Leydener Chirurg, Steinschneider und Geburtshelfer, Schüler Raus. Observationes de calculo renum, vesicae, urethrae; lithotomia etc. Leid. 1731.

7) Guichard Joseph Duverney (1648—1730), Pariser Anatom, Begründer der französischen anatomischen Schule des 18. Jahrh. Traité de l'organe de l'ouïe etc. Leid. 1731.

8) Aug. Friedrich Walther (1688—1748), vorzüglicher Anatom. Seit 1723 Prof. in Leipzig. Gurlt-Hirsch VI, 184.

et Tua observatione¹⁾ valde convenis cum Fallopiana²⁾. Plantas persequor etiam microscopio, tum muscos et gramina, licet in graminibus nihil addendum fere sit operi Scheuchzeriano³⁾, imo demendum potius, ne adcuratissima minutiarum descriptio fiat in nauseam. Ubique confusa plurima. Sic Viola canina, vulgatissima planta, non satis est definita, nec Boerhaavio conciliavit, ut saepe fecit Morisonum Tournefortio. Est vero Viola fol. obl. et strictioribus, est inodora sylvestris Morison. rotundioribus et amplioribus Tournefort: inodora major Mor., et similia offendes ubique maxime in umbelliferis. Heisteri⁴⁾ genera non vidi; non sunt certe mensi Martio nec Februario Lipsiensium inserta, in quibus potius Loeberi methodum variolas venae sectionibus et diluentibus sanandi et Robinsoni systema medicum invenio. Erat certe, cum Helmstadii essem, multus in botanicis⁵⁾. Xeranthemum nostrum mitto Norimbergensibus⁶⁾, singulare et a Morisoniano distinctum petalorum certe numero, qui in nostro 12 non superat. Aegra tua hysterica videtur et convulsivi subesse plurimum. Cancrum ulcerosum in domina 39 annorum tractaveram lenientibus, laxantibus, dolor aberat et conditio aegrae tolerabilis. Adcessit Chaillet semidoctor Neocomensis, dedit Mercuriales pilulas, inde horrenda mala et intra octiduum mors. Volebat salivatione integra persanare funditus.

1) Gesner an Haller 23. April 1731. Epist. I, 95: „In eandem prorsus cum Walthero observationem incidi, cum nuper vasa corporis in infante lustrarem, nempe infra foramen arteriae vertebralis in vertebrae proximae inferioris processu transversali exsculptum foramen atque transeuntem arteriam deprehendi, quae primo duplicis vertebralis speciei mihi imposuit, accuratius vero inquirenti eandem inter M. Scalenum atque complexum excurrere, hisce potissimum musculis ramos largiri patuit.“

2) Gabriele Fallopio (1523—1562), italienischer Anatom.

3) Die Agrostographia von Johann Scheuchzer, Tiguri 1719. 4. Johann Scheuchzer (1684—1738) war der Bruder von Johann Jakob; er war in erster Linie Botaniker und folgte seinem Bruder 1733 als Oberstadtarzt, Professor der Physik und Chirurgherr am Großmünster nach. S. Wolf I, 199 Anm. 33.

4) Lorenz Heister (1683—1758), Chirurg, Anatom und Botaniker. Damals Professor in Helmstedt. Gemeint ist der Index plantarum rariorum atque officinalium, quas in hortum Helmstadiensem intulit. 1730. 1731.

5) Hallers Tagebücher seiner Reisen nach Deutschland etc. Hirzel 1883. S. 81.

6) Nämlich für das commercium litterarium Noricum ad rei medicae et naturalis institutum, eine neue Zeitschrift, die von 1731 an in Nürnberg erschien. Sie wurde von der Ärztesgesellschaft herausgegeben; die dominierende Persönlichkeit darin war aber der Botaniker, Anatom und praktische Arzt C. Jakob Trew (1696—1769). „In eo multae quidem sunt librorum censurae et extracta ex iis, quae utiliora sunt. Multa tamen etiam propria subacti laboris opuscula intercedunt.“ BB II, 236.

Mathematica Tua adgrediar proxime, licet me fere superantia, cum auctor desit, qui filum praebeat aberranti. Adgrediar tamen. Scheuchzeriana non vidi; mitte, si placet, cum Lewii opere*). Sum in aere Tuo; nescio cui solvam; aurum enim tabellarius ad vos transmittendum non adcipit. Quid erit de historia naturali Helvetiae? Suspicio virum celebrem nec famen ei operi parem puto. Adibo diligentius Alpes hac aestate, spero non sine fructu. Petropolim Te invitatum¹⁾ gratulor. Vis ut tecum loquar uti cum me ipso. Gmelinus Petropolim reliquens Holmiam abeuns monuit ut saltem semianno elapso omnem cogitationem de ea vocatione dimitterem, subesse graves causas. Quae ei discessum suaserunt, Tibi non gratiores erunt. Nec dubito, quin apud vos commode et sine graviori lucri necessitate vivere possis. Quae certe dico, ut qui Te amen sincere. Quo enim in literas feror amore, optarem, ut eo abires, iter enim tuum sine dubio rei medicae foret proficuum. Eo minus vero Tibi discedendum puto, cum ameris a bonis, patroni non desint, cum patre vivas. Ego quidem hic rebus medicis incumbo paulum impensius. Multus sum in vivis sectionibus. Vidi vasa lactea ex colo int. canis. In fele diaphragmatis motum et cordis pulcherrime spectare datum est. Vellem ad perficiendam historiam diaphragmatis humanam observationem addere. Si ergo subjecti fuerit copia, fac precor, ut descriptionem ejus accuratam mecum communices. Gratum feceris mihi, nec Tibi inutile. Quid Sinea rubra, de qua scripsisti Schollio²⁾? Parat iter, onerabo mandatis hominem, ut libros conquirat. Michelium nondum obtinui, scripsi etiam Genevam. Duverneyus et Gohlius³⁾ diem obierunt. Boerhaave, quod nosti, Rector est Universitatis, ergo ad

*) Lewii opus in III tomis in duplo mitte pro duobus amicis.

1) Gesner an Haller 23. April 1731. Epist. I, 98: „Tum agnatus tum Gro-novius memorant Cel. Boerhaavium Secretario Petropolitano in Botanici Petropo-litani locum me de optima nota commendasse, se vero ignorare dixisse, utrum accepturus sim: reditus annui 800 Rubels dicuntur cum aedibus academicis. Scio te plura et certa hac de re ad me nunciare posse, quod ut facias a te peto, ac omnem in modum obsecro; nisi enim proficua res foret, nollem ut com-mendationem mei diutius urgeret. Sin minus rogarem, ut omnia data ratione opus promoveret; scio enim Boerhaavium apud Russos, praesertim Praesidem Aca-de-miae D. Blumentrost (qui ejus discipulus fuit) plurimum valere. Te & in hoc opere plura praestare posse mihi persuasissimum est, tuo & consilio & auxilio ut me adjuves obnixè rogitō.“

2) Friedrich Salomon Scholl, Dr. med., Verwandter und Freund Hallers.

3) J. Daniel Gohl (1675—1731). Schüler und eifriger Anhänger von Stahl, Herausgeber der *Acta medicorum Berolinensium in incrementum artis et scien-tiarum collecta et digesta* (Berlin 1717—1731). Gurlt-Hirsch II, 592.

quietem se minime composuit. Ex Alpinis praeter Seda et Saxifragas nihil prodiit, quod doleo, semina enim in Alpibus legere, nosti quam vix fieri queat. Haec incondite nec enim solus sum. Nolui autem responsum differre plus usus forte in alia erit epistola. Vale et me ama. Bernae die April. ult. 1731.

10.

(10).

Redux tandem a tribus itineribus Alpinis, ordinatis plantulis, otium invenio quo suavissimum tecum commercium instaurem. Adcepi et Lewiani operis duo exemplaria et barometricas Scheuchz<eri> observationes et plantam Galeopsidem, rite inpressam, eleganti invento, saltem pour le contour. Observationes tuae Botanicae usu et proprio et publico minime carebunt, vix enim sine hisce et collatione omnium fere auctorum ad cognitionem vel maxime trivialium plantarum exsurgitur, exerior nimis in Umbelliferis, Cichoraceis, Cynarocephalis. Vaillantiana¹⁾ opera adcuratorem majorem promittunt quam praestant, expertus in multis muscis, ex. Calyptrarum muscorum in Adiantho s. Polytricho structuram primum adeptus videor pulchram singularem. Gramineas plantas pergo ordinare, labore fere patientiam et rei ipsius valorem superante. Stamina duo fere ubique statuit Scheuchzerus, quae in Juncoidae, Cyperoidae aliisque perpetuo tria sunt. Saepe tubas designat loco staminum etc. Alpina quae retulerim, videbis ex speciminibus, quae tabellario vestrati, si me adeat, tradam. Non adeo sunt copiosae, licet Gemmum, Stekhorn, Bürglen, Chasseral montes et Vallis Simmiae et Jurassi altissimos conscenderim; plures spero ab itinere proximo anno instituendo, quo Joch Surenen, Gothardum et Glaciales rupes Grindeliae Vallis adire constitui. Sed si pauciores habeo [sunt], eae non parum certiores videntur quam vel Scheuchzeriano in opere vel in aliis meis observationibus. Contuli enim characteribus in montibus ipsis consignatis cum omnibus fere auctoribus, quos possideo, et plurimum temporis inpendi. Saepe accidit, ut correctiones factos alibi offenderim, sic destitutus inventionis honore, veritatis adepta certitudine gavisus sum. Ut in Ranunculo mont. hirsut. fl. purp., qui Anemonoides est notante Vaillantio Orchidum cognominibus: Est tamen Orchis spiralis alba odorata, omnino confuse tradita, quae vere palmaris est, nec cum Monorchi. f. lutea aliquid commune habet contra Tournefortium. Illud etiam

1) Sébastien Vaillant (1669—1722), Chirurg und Botaniker, Schüler von Tournefort. Verfasser des *Botanicon Parisiense*, das 1723 nach seinem Tode durch Boerhaave besorgt, erschien.

apud Joh. Bauhinum¹⁾ inveni, orchidibus palmatis perpetuo duorum annorum radices simul adesse etc. Novas plantulas leges in Norimbergensibus, Androsaces Alpinae minimae muscosae, Saxifragiae Alpinae facie Androsaces, Veronicae Alpinae Alsines folio, calice hirsuto, Veronicae Alpinae frutescentis serpillifoliae majoris flore rubello, Sedi adfinisve plantae species florè nudo, folio glabro, acuto. Si saltem hanc separare velim ab observationibus reliquis, dubium enim me distinet idea operis majoris de plantis Helveticis Tecum paulatim colligendi. Palustres plantas multas Morati collegi, Myriophyllum, Hotboniam, Charas, Ranunculoides etc. Nymphoidem non vidi. Biennae Veronicam albam longifoliam quaesivi, reperire non potui eo loco quo aⁿ 1728 eam cerpseramus. In opere Boerhaaviano lentus sum, et laborem in immensum crescere percipio; pergam tamen, si otium adsit. Integralem calculum vix adtigi hucusque, hyemi reservo, si tibi commodum sit, dum enim superest laetior annus, plantas non deseram, quarum 400 circiter characteres hoc anno concinnavi nuncque fere habeo 1200, sed servo novos, reliqui fere nullius momenti sunt, inprimis ratione synonymorum. Exemplaria sicca proxime ordinare adgrediar, saltem per classes. Nova habeo Act. Petr. Ann^o II, ubi praeter plantas quasdam Duvernoi²⁾ Anatomen Penis Elephantini, elegantem, tum et Glandulas Cordis inseruit, ubi rubrum tingens sanguinem secerni adserit. Buxbaum Centur. III, ubi infinitae et mirificae Orchides pinguntur. Bassii³⁾ Observationes anatomicas, vanus et minutus homo, ni fallor, Garenjeoti operationes III vol. cum figuris, auctiorem Boerhaavii eam de qua scripsisti⁴⁾ orationem. Gorteri⁵⁾ institutiones medicas, fere practicas. Vivisectiones plures institui, ut de motu cordis, intestinorum, chyli, diaphragmatis multo nunc securior sim. Petropolitanum iter quod adtinet, dolerem certe, te, forte in perpetuum, a nobis remotum, Alpesque nostras pulcherrimarum plantarum feraces desertas ignorationi et oblivioni. Plura tamen bona ab Imperatrice⁶⁾ sperare jubemur. Nec de Academia timendum, dum supererit. Utcunque ut omnia

1) Johannes Bauhin (1541—1613), Basler Arzt und Botaniker.

2) J. Georg Duvernoy (1691—1759), Hallers Tübinger Lehrer in Anatomie und Botanik. Seit 1725 Professor in Petersburg.

3) Heinrich Baß, Professor in Halle. Observationes anatomico-chirurgico-medicae. Hall. 1731. 8. BA II, 244.

4) Epist. I, 101. Boerhaave, Sermo academicus de honore medici servitute dictus a. 1731. Leid. 1731. 4.

5) Vielleicht Johannes de Gorter, Medicinae compendium etc. Leid. 1731.

6) Anna Iwanowna, Nichte Peters d. Gr. 1730—1740.

fausta tibi eveniant, vota facio sincera, qui homine rei publicae medicae utili nihil prius habeam. Te vero ex illis et ut excellentem et ut amicum praeferam. Vale et me ama. Bernae die Aug. 25.

11.

(11).

Gratissimae Tuae ut semper fuerunt, ad quas quin respondeam, nec aeger mihi temperare potui. Androsacen, Saxifragiam Tibi notas gaudeo, enim crescit mearum observationum fiducia si Tuis consentiant. Misi ad Stokium descriptionem Androsaces, simulque partem inventi hic et in Xeranthemo nostro tibi debitam vindicavi, ubi nescio quo modo factum, ut Tui mentio omitteretur. Alpinas observationes Tuas, auge, perfice, sic demum sciet aliquando Helvetia quam dives sit plantarum. Vix id discet a Scheuchzero, cum jam nunc ultra triginta plantas Alpinas duobus annis collegerim ipsi ignotas vq. Polygaloidem buxi folio per omnes Alpes vulgatam plantam nec tamen ejus observationibus indignam. Amicorum in comitatu Grindeliam Vallem, M. Joch, Gothard, Vallesiam totam percursurus et in soceri dominio Mathod partem aestatis daturus sum plantis, unde forte Tecum aliquid boni conficiam. Scheuchzero quaedam proponam nunc vero Tecum loquar. Orchides Alpinas habeo quinque palmatas, tres nigro flore et albam, quae si spinalis alba odorata est, tum omnes male pingunt testiculatam. Palmatam flore viridi, quam in Gemmio legisti anno 1728, frequentem habui ex Monte feuerstein, Chamaeorchis graminea duos habet testiculos; illa tandem Monorchis varia admodum, multiplicata a Menzelio, videtur parva autumnalis lutea C. B<auhini>¹⁾ esse. Nunc alia. Caryophyllata Cham. folio posset novum genus constituere, habet enim calicem in tot segmenta sectum, quot flos petala habet, non bis tot, ut plerique auctores in charactere hujus generis, ardefolia, floremque perpetuo polypetalum. Ranunculi tres CB. flore majori et minori, saxatilis luteus, unicus sunt recte monente J. Bauhin, sic et tres illi, montanus Pennaei²⁾, et utraque species secundi Clusii³⁾, verae tamen Anemonoides, cum careant calice, quod notatum invenio a Vaillantio 1719.

1) Caspar Bauhin (1560—1624), berühmter Basler, Anatom und Botaniker, Bruder von Johannes. Seit 1589 Professor der Anatomie und Botanik an der Basler Universität. S. Burckhardt, Gesch. d. med. Fak. Basel, S. 95 ff.

2) Thomas Penny (gest. 1589), englischer Arzt und Botaniker. Er weilte einige Zeit in der Schweiz bei Conrad Gesner, bei dessen Tod 1565 er wahrscheinlich zugegen war. Er war Wolf behülflich, die Pflanzen- und übrigen Sammlungen, die Gesner hinterließ, zu ordnen. Dict. of Nat. Biogr. XLIV, 337.

3) Charles de l'Ecluse (Clusius) 1526—1609, Arzt und Botaniker. Studierte

Astrantiae tres sunt distinctissimae, mediam C. B<auhinus>, minimam Boccone¹⁾ videntur descripsisse quo equidem careo. Rubia quadrifolia rotunda laevis C. B<auhini> eadem videtur cum Rubia latifolia laevi semine bino hispido. J. B<auhini> Saxifragia muscosa folio trifido novum plantae genus est, sedis adfine, sed flore nudo. Sedum montanum ericoides verum sedum est, non saxifraga. Talia plurima certe notavi et noto in 400 plantis, quarum characteres hoc anno consignavi, synonyma conquisivi, quae hic tibi concepta propono. Fiet inde cum ulterioribus notatis aliquid, quod edi possit speciminis loco, si suadeas et suadeat Stehelinus, nec tamem edendum nisi post repetita itinera. Plantas siccas ingentis beneficii nomine accipiam utiles ad distinguendas congeneres ordinandas species. Barometrica experimenta et ipse moliar ineunte anno, maxime si conscendere liceat Montem Wetterhorn Grindeliae Vallis, Gothardo mirum quantum altiore. Quod ad consignandas stirpes indigenas te socium vellim, fit et mei et publici causa, ne nempe et ego imperfectum quid edam et lector mancum habeat. Novi tuam in botanicis peritiam, oculorum aciem; ego si quid valeo ad observationes potius quam ad collectionem aptus sum. Dabo tamen operam, ut et Huberus et Ritterus²⁾, discipuli mei et D. Schollius, si noster fuerit, sublevent oculorum incommodum. Scheuchzerus pergat, si placuerit³⁾, est quod sperem laborem nostrum multiplici experientia excultum ab hoc opere diversum fore. Doleo, quod caream Bocconio, Columna⁴⁾, Michelio. Hunc si apud vos habeas indica, sin secus Livorno adcersam.

in Montpellier Medizin und Botanik. Machte zahlreiche wissenschaftliche Reisen. 1573 Direktor des botan. Gartens in Wien. 1593 Professor der Botanik in Leyden. Gurlt-Hirsch II, 302 und VI, 687.

1) Paolo Silvio Bocconi (1633—1704), in Palermo geboren, wurde Cisterziensermönch; leidenschaftlicher Botaniker. Reiste zu diesem Zweck in ganz Italien, Holland, England, Frankreich, Deutschland, Polen. War Botaniker von Ferdinand II. von Toscana und starb in Florenz. S. Nuova Enciclopedia italiana. III, 1118.

2) Johann Jakob Ritter (1714—1784), Sohn des Berner Stadtphysikus Ritter. Studierte bei Haller und in Basel Medizin. 1736 leitete er das Theatrum anatomicum in Bern als Nachfolger Hallers. 1740 wurde er hessisch-homburgischer Leibarzt, 1747 Professor in Franeker und 1750 Arzt der Brüdergemeinde zu Gnadenfrei in Schlesien. S. seine Autobiographie bei Börner, Nachricht von den Lebensumständen berühmter Ärzte und Naturforscher, Wolfenbüttel 1752; II, 82 ff.

3) Nämlich mit seiner geplanten Historia plantarum Helvetiae.

4) Fr. Maria Pompejus Columna, des principes de la nature, où de la génération des choses. Paris 1731. 12. BA II, 247.

Menzelium¹⁾, Tragus, Camerarii hortum²⁾, Chabraeum³⁾, C. Bauhini Theatrum⁴⁾ nuper meis addidi, sed Rajano⁵⁾ opere frustratus sum, de quo olim scripseram, tentabo tamen ut Offenbach obtineam. Muscos conquiro, habeo ad 30, immensus labor est examinis synonymorum. Omnes plantarum dimensiones ad pedem Parisinum sumo et noto. Herbas siccas ordinavi ex methodo Boerhaavii nostri. Paucae sunt, augebuntur. Acta Norimbergica⁶⁾ nondum vidi*); siccas plantas Schreibero misi Moscuam hujus anni plane 100, Stehelino quasdam Huberoque. Nam tuum ad exemplum quotquot possum exemplaria conquiro ad amicorum preces et casus varios. Nostras enim 1728 lectas fere omnes amisi. Doleo Rapunculum gramineum Col. et quasdam alias exinde non visas.

Vidistine Mazini Medicinam Mechanicam⁷⁾? Imperfectum exemplar habet bibliopola, complebit; hortus inter meos est. Quanti constat Aretaeus⁸⁾? Ex Anglia exspecto Cowperi opus et Boyleum cura Stehelini. Gratias agit D. de Diesbach⁹⁾, cui tua cura Lewii opus traditum. Aliquid numerabit Gillerus, reliquum exsolvam, quando volueris, ne semper in aere tuo haeream. Placetne aliquid ex his libris: Bohn officia medica duplicia¹⁰⁾, Aquapendente

*) Primam numerationem numeravi D. Schultes, cui si obportunum fuerit aurem vellica.

1) Christian Mentzel (1622—1701), Arzt von Fürstenwalde. Studierte in Frankfurt und Königsberg, machte Reisen in Polen und Italien, wo er in Padua promovierte. Wurde 1658 Hof- und Feldmedicus des Kurfürsten Friedrich Wilhelm von Brandenburg, endlich Leibarzt und lebte in dieser Stellung bis zu seinem Tode. Neben mehreren botanischen Schriften verfaßte er auch ein chinesisches Wörterbuch und Schriften zur chinesischen Geschichte. S. Zedler, 20, 854 ff.

2) Joachim Camerarius, Hortus medicus et philosophicus, Frankfurt 1588. 4.

3) Dom. Chabraeus, Icones et sciographiae stirpium. Genevae 1666/67. BB I, 384.

4) C. Bauhin, -Theatri botanici s. Historiae Plantarum Liber primus; Basel 1658.

5) John Ray (1627—1705), englischer Naturforscher bes. Botaniker. Studierte in Cambridge, lebte in Black Notley. Wahrscheinlich ist sein Hauptwerk, die Historia plantarum generalis (London 1686/88) gemeint.

6) Haller versteht darunter das commercium litter. Noricum. S. Epist. I, 108.

7) J. Baptista Mazini, Mechanica morborum, 3 Bde, Offenbach 1731. 4.

8) Arzt aus Kappadokien. Lebte am Ende des 2. Jahrhunderts. Eine inhaltlich äußerst wertvolle pathologisch-therapeutische Schrift in acht Büchern ist von ihm erhalten.

9) Vielleicht Gottlieb von Diesbach, Hallers Leidener Studienfreund.

10) Johannes Bohn, Professor in Leipzig, De officio medici duplici, clinico et forensi. Lips. 1704. BMP III, 89.

opera¹⁾, Dekeri exercitationes²⁾, Pechlin observationes³⁾, Swammerdam de respiratione⁴⁾, Pechlin de aeris et alimentorum defectu⁵⁾ etc., si placuerint nota, habebis, ne tam diu dilata exsolutio sine gratitudine sit.

In commentariis lentus pergo immensa colligens adversaria, canes mactans vivos omnes et inprimis felēs, diuturnae vitae animal. Inutile opus fiet mole sua omnibus nisi mihi cui promtuarum loco erit. Nunquam crederes quam nova det lectura auctorum. Receptaculum et ductum thoracicum aliquot ante Pecquetum annis descripserunt Veslingius et Maur. Hofmann, sic in aliis. Quis plexum mesentericum ex n<ervo> intercostali quaereret in Hippocrate? Existit etiam clare et nitide in Epidemicis, quem locum commentatores anatores ignari corruptum voluerunt. Scherbii⁵⁾ tui theses legi, noster est, elegantes libros citat, an suos? Nuper inter propugnaculorum muris, dum muscos lego, vidi aliquid non dissimile vegetationem(!) lapidis. Erat lapis durus fluoribus chrystallinis plenus, cujus exteriori superficiei prius caelo aequatae uti sunt omnes, nunc se obduxerat crusta undulata alterius coloris, durissima, undulata, tenuis a substantia interiori diversissima. Mathesin ab initiis resumo, fere absolvi arithmetica et geometrica, suo loco locabo Tua integralia, si iis tamdiu uti per Te liceat; si incommodum fuerit, restituam finiente hyeme repetiturus. Sic ordinem gero ideis meis dum in omni rerum genere, quarum notitia mihi est systematica condo. Vale, nox se praecipitat et fere media est. Ex Musaeo d. Nov. 2. 1731.

12.

(12).

Recte Tuas adcepi, mercator nemo me adiit, nec schedulam exhibuit, quae quantum in aere Tuo sim indicaret. Fac ut possim debito me exsolvere nec enim Te uti libere sustineo, si Tuo incommodo amicis inservire volueris. Fabricium adcepisti, debiti mei aliqualem usuram. Acta Norimbergensia habeo, nulla ibi mei

1) Girolamo Fabrizio di Aquapendente, Anatom in Padua. Opera omnia Patav. 1625 u. a.

2) Friedrich Deckers, Professor in Leyden, Exercitationes practicae circa medendi methodum. Leid. 1673. Trew. 1694. Neapoli 1726. BMP III, 349.

3) J. Niklaus Pechlin von Leyden, Observationum physico-medicarum Libri III, Hamburg 1691. 4. De aeris et alimentorum defectu et vita sub aquis. Kiel 1676. BMP III, 221 f.

4) Johannes Swammerdam, Tractatus physico-anatomico medicus de respiratione usuque pulmonum. Leid. 1667. 8. BA I, 540.

5) Melchior Scherb, Helvetus, De loco et situ plantarum. Basil. 1731. 4. BB II, 241. Scherb war ein Schüler Gesners. Epist. I, 113.

mentio, uti monuisti, dedignor pauculis de illis monere collectores. Muscos si miseris, feceris gratissimum. Colligo quosdam hyeme, fere 25 et ordino difficulter. Scheuchzeri opus edatur, nihil hoc nocebit nostro. Perge alacer et qua excellis industria, peritia, patientia, plantas in montibus veterumque scriptis evolve; sic nascetur aliquid Tuo nomine, Tuis studiis dignum. In multos annos premi aliunde necesse est, nihil ergo habes quod timeas a Scheuchzero, quem colere Te jubet prudentia¹⁾. Ego de meis conferam paucula. Barometra possideo eximia, crassa, maxima, baculos sculpi curo nitidos commodos. Trigonometrice altitudines plurium quos conscendemus montium sumam ex vicinis collibus, conferam cum barometricis. Dein fodinae instructissimae „im Grund“, chrysalis proventum in Grimsel, nuper effodi concessae salinarum cryptae subterraneae „Grotte des fées“, resorbt iterumque silientis fluvii Orbe fontes, alia erunt curiosa. Te utcunque maxime nostrum vellem, malo Bormium petere, ut ex diversis montibus uberius nobis nascatur materies plantarum. De prodromo hisce superstruendo alia vice. Schollius mecum erit, Huberus, Muraltus²⁾ nobilis et D. Ritter, discipuli. Sic alii intenti plantis, alii geometricis et barometricis plura perficiemus juncta opera. Polygaloides omnino est Chamaebuxus. Sedum ericoides denuo examinabo, forte aliena planta est a Tuis. Quare Dentem Leonis Alpinum flore croceo ad Hieracium refert Scheuchzerus, idque folio obtuso flore pallido minime huic conveniens? Asterem oblongo folio rotundoque et tertium Rajanum habeo distinctos. Leontopodium parvum Lob. in Alpibus lectum cur nemo habet recentiorum? nisi velis confusum esse cum altero, filagine Alpina capite folioso: est autem verum et pulchrum Elichrysum. Leucanthema Alpina habeo fere omnia, quorum Scheuchzerus negligit aliqua. Onagra latifolia frequens nobis per inculta planta est et videtur indigena, cum semina pappo careant. Vidi etiam in silvis nostris stirpes plurimas Nicotianae simillimas, florem exspecto. Quae Tibi planta est Lichen ille vulgatissimus, cornua rupicaprae minus recurva referentis cinerei, polline plenissimi? Muscorum semine nihil vulgatius, videtur in aliis per capsulam sparsum esse, in aliis intra exteriorem capsulam et alia contineri. Schreibero multa industria,

1) Nach dem Tode Muralts (13. Januar 1732) wurde J. J. Scheuchzer sein Nachfolger. Gesner hatte auf den außerordentlichen Lehrstuhl für Mathematik gehofft, doch erklärte Scheuchzer diesen Lehrstuhl für unnötig und übernahm Physik und Mathematik. S. Epist. I, 119.

2) Ludwig von Muralt von Montcharans, s. u.

Abhandlungen d. K. Ges. d. Wiss. zu Göttingen. Math.-phys. Kl. N. F. Bd. 11, 2. 4

ordo mathematicissimus, parit tamen ipsa regularitas taedium et diffusionem. Ordinem partes cum morbis tractandi non amo. Placetne Volkammerus¹⁾? an cares? Tuus erit. Sum in mathematicis, in quibus 3 de die horas tero cum discipulis. Wolfianum systema tractandum sumsi, licet erroribus refertissimum. Sic jacent Tuae schedae, hac tamen hyeme evolvendae.

Ex nundinis habeo Stollii historiam Medicinae²⁾, quae potius historia est librorum et vitarum. Nec tamen usu caret, licet auctor proprio Marte de vero scriptorum valore judicare non potuerit. Anglici libri nondum advenerunt; Staehelinus videtur mihi in seriem professorum promotus esse et anatomen docendam adcepisse³⁾. Sic ex eius literis conjicio, quas cum Zwingeri et Buxtorffii⁴⁾, Albinianorum⁵⁾, schedis adcepi. Proposuit de vertendo Hales⁶⁾, quem suis augeret experimentis. Mallem prodromo nostro ea adderet, ornando complendo. Nam utcumque agas et Tuus erit, Teque plenus inprimis si observationes Tuas hinc inde aspergere volueris. Curabo ut nitore tabularum aenearum te commendet. Icones florum parabantur a Rittero discipulo in ipsis Alpibus, hic autem in plantis satis recentibus a perito pictore. Pingentur plantae novae vel dubiae, maxime eae quae minores ruditae veteris sculpturae exprimi non potuerunt. An Scheuchzero literas dare velim dubius sum. Novi hominem. Inclarescendi cupido me stimulat. Mallem privatam opellam <proprio> labore expolire. Nec spe decido me alienis adminiculis facile <posse>. Si fors aliqua Bocconi opuscula tibi offeret, eme vel Tuo vel si malis meo nomine. Ex bibliotheca publica spero me aliqua adcepturum, quibus caret privata. Si Tuo aere solutus essem, orarem, ut serici quale saepe a Te adcepi, azurei duas libras mitteres, sed nolo toties Te impensas pati et tamdiu carere pecunia Tua. Id tamen jubet gene-

1) Johann Georg Volkamer (1662—1744), Arzt und besonders Botaniker in Nürnberg, Verfasser der Flora Norimbergensis (1700). Gurlt-Hirsch VI, 148.

2) Gottlieb Stolle, Professor Jenensis, litterator utique, non medicus, „Anleitung zur Geschichte der medicinischen Gelahrtheit.“ Jen. 1731. S. BA II, 245.

3) Nach dem Tode von Emanuel König I. (1731) übernahm Joh. Rud. Mieg den theoretischen Lehrstuhl. Die Anatomie und Botanik, die dadurch frei wurde, bekam aber nicht Staehelin, sondern Emanuel König II. S. Burckhardt I. c.

4) Friedrich Zwinger (1707—1776), Sohn Theodor Zwingers, Schüler von Albinus. Seit 1751 Professor der Anatomie und Botanik in Basel, seit 1752 Prof. theoricus. S. Burckhardt, S. 230 f. J. Buxtorf, Basler Arzt. S. BA II, 223.

5) Bernhard Siegfried Albinus (1697—1770), Hallers Anatomielehrer in Leyden. S. Einl.

6) Stephan Hales, Vegetable statiks or an account of some experiences on the sap of vegetables etc. London 1727. 8.

rosus a Diesbach, Gruneri cujusdam descriptionem urbis nostrae¹⁾, quae apud vos prelo prodiisse dicitur, ut quam ocyssime compares. Vale et me ama. Dabam die 23. Jan. 1732.

13.

(13).

Et Muscos et Gramina et sericum et Grunerianum opus recte adcepi. Tabellarius inclusos reddet florenos 22.30 x', quibus aere Tuo me solvo, licet officiosissimae Tuae promptitudini non eo minus me obstrictum adgnoscam. Maxime vero grates ago pro plantis Tuis, liberalitate singulari et quam pauci, etiam si vellent, imitari valent. Muscos enim dum colligo nimis exuperior quantum in iis ordinandis sit laboris. Nullus auctorum satisfacit. Vaillantius figuras habet, sed ordine caret. Ordo utcumque commendat Dillenium²⁾, figurae, synonyma, descriptiones desunt. Figurae Morisoni sunt pessimae, descriptiones brevissimae, Tournefort³⁾ paucos habet indigestos, falsis cum synonymis. Ipso de ordine Dilleni e. g. Polytricha deberent distingui in Sphagna, Polytrichodea et Polytricha, cum plura musci sessilia habeant capitula cum calyptris villosis. Vel si Sphagna calyptris careant, naturae tamen capitum sessilium in quibusdam Polytrichis habenda. De Hypni et Bryi differentiis, quae saepe confluunt, taceo. M. squamosum linariae folio crispum in Hypnis habet et tamen et apocarpos et sine calyptris. De aliis alias, ubi et ad Tuos muscos quaedam notabo, ut videas quam diligenter eos evolverim. Microscopiis examina vimultos, imprimis Muscoidea Tui Micheli, flores tetrapetalos; pollinem seminalem vidi dilucide, sed experimenta abruptit inflammatio oculorum cum stillicidio acerrimo et pustulas excitante. Sic agnovi, me his natum non esse. Aliquot legi species non nimis vulgares, quas aliquando, si mereantur, tibi transmittam. Subtiles tuas plantulas non vidi, nec decebat novissimum in his tyronem. Praeclare haec Tua ornabunt nostros Prodomos, nec minus placeret, si observationes Staehelini de vegetatione plantarum daretur subjungere.

1) J. R. Gruner, Deliciae urbis Bernae, Zürich 1732.

2) John James Dillenius (1687—1747). In Darmstadt geboren, studierte in Gießen Medizin und Botanik. Durch seinen „Catalogus plantarum sponte circa Gissam nascentium“, 1719, lenkte er die Aufmerksamkeit auf sich. 1721 kam er mit Konsul William Sherard nach England, lebte mit ihm in Oxford und bei dessen Bruder James in Eltham, zeitweise auch in London. Als W. Sherard 1728 starb, vermachte er sein Herbar, die Bibliothek und 3000 lb. der Universität Oxford für einen Lehrstuhl der Botanik mit der Bedingung, daß D. der erste Inhaber des Lehrstuhles sein solle. In dieser Stellung blieb dieser bis zu seinem Tode. Über seine Werke s. u. Dict. of Nat. Biogr. VI, 79.

Itineris nostri comes eris gratissimus. Possemus convenire Engelbergae et adusque Disentis coenobium junctim legere plantulas. Sic plura disceptare coram et fusius evolvere liceret. Iter ad 15. Jul. fixum habeo. Nam in pago Grindeliae Vallis et nuper apertis chrystallofodinis aliquot dies transigere necesse erit. Prius vicinas Alpes adibo. Si licebit per praxin, iter finiam in Monte Dole et vicinis montibus vallis Val de Joux. Namque Orchidum inprimis tum plantarum mediae altitudinis feracissimus est Jurassus. In ordinandis plantis lentus sum. Quale vero illud Absynthium, quod et mecum legisti in Gemmio, non herba alba sed sectum latius albovirescens odore aromatico? An Austriacum Clus.? Est saltem illa ipsa planta, quam Scheuchzerus vocavit Gaebius, panaceam alpicolarum, vocant etiam Gebuse. Milzatella scamium maculis albis apud nos nascitur. Onagram nunc etiam a Dillenio in E. N. C.¹⁾ inter indigenas Europaeas vidi recensitam. Planta mea non erat Belladonna, nam in ea ipsa sylva fructus ferebat eo tempore foliis, ut solent, emarcidis, adrosis. Inquiram hoc anno. Cerinthem versicolore flore legi in Monte Stokhorn, balticam plantam, si Clusio credendum. Plura dabit et aetas et inquisitio diligentior. Penitus enim constitui quotannis Alpium districtum adire et anno quidem proximo Alpes Glaronenses, Swizenses et Emmenthalenses. Nunc quidem amplius excurro, dum otium abunde magis subpetit. Est certe res infiniti temporis et laboris, legere, conservare plantas, ad sua synonyma referre, suis vindicare characteribus nec mirum patientiam plurimorum defecisse.

In praxi lenta omnia. Secui defuncti uxorii S. Weiss de Mathod et la Motte cadaver. Ulcus aderat renis utriusque et in altero tophi, scirrhus orificii vesicae et prostatarum, unde urinae incontinentia. Obiter quaedam notavi anatomica. Tussim inveteratam suffocativam sanavi pil<lulis> de Cynogl<osso>. Uxor mea puella enixa est²⁾, ovo prodeunte integro sine ruptura aquarum partu promptissimo felicissimo. Confirmata sic praeceptoris Boerhaavii observatio. Mathematica et calculum quidem integralem Tuum tandem adgredior, sed lente proficio, cum plurimae literae figuris deficiant, et ut videtur mendae non paucae irrepperint tyroni maxime incommodae.

Tandem advecti sunt codices commercii literarii. Pudet Xenanthemo subscriptum inter S. Pierre et Sideram loco Seduni; quomodo irrepperit vitium nescio. Novi pauca. Felicitatem noveris nostri

1) Ephemerides Naturae Curiosorum.

2) Marianne, die am 11. Februar 1732 getauft wurde. S. Vetter S. 19.

olim Königii¹⁾, qui antea ne nominatus <quidem> subito cathedram conscendit. Salutat Te Nob. de Diesbach, gratias agit et pretium exquirat libri Gruneriani. Aliud exemplar meo usui transmittas oro, tum serici quale proxime adcepi, sed si fieri potest mit großen strangen, libras duas semis. Sic semper in Tuo aere ero, nec displicet, convenit omni modo me Tibi esse obstrictum. Fabricium habe minimum amicitiae signum. Plura, si subpeditarent nostri, Tua vellem qui nihil habeo potius viris bene de me meritis. Si vetustum aliquem Paulum²⁾, Alexandrum Trallianum³⁾, Aretaeum vel principes alicubi detegas, meos fieri cura, ut ordinem Graecorum absolvam. Satis enim redintegrato studio profeci, ut sine versione eis uti possim. Haec sera nocte, mane sylvas aditurus, paludes enim nobis vicinas nullas novi. Vale et me ama. Bernae die febr. 22, 1732.

Mutata Dominarum sententia, mitte serici optimi Weiße feine Granatseide $\frac{3}{4}$ lb. Serici vero quale ultimo adcepi, albi in großen strangen und wo möglich gleich lb. ii. Deinde Gruneriani opusculi exemplaria quatuor cum pretio. Si non satisfactum est Tibi, notes velim, visum enim relegenti deesse aliquot bazenos, nec placuit addere literis. Habeo Boerhaavii elementa chymiae⁴⁾, editio Lugdunensis tum Mémoires de l'acad. vol. IV nov. editionis.

14.

(14).

Exoptatas Tuas de 11 Martii cum serico, Alex. Tralliano, Gruneri exemplaribus recte adcepi. Grates ago, quod rarum scriptum mihi cedere volueris et mandata ut soleo, promptissime sim exsecutus. Nummos remittam quamprimum adcepero, spero proxime. Non satis intelligo, an signum additum scripto Gruneri sit assis Tigurini, an cruzei, hoc nota. Ordinamus uterque plantas, ego paucas et difficulter, Tu plurimas et puto facilius. Siccas tamen plantas meas absolvero facile ante iter Alpinum, quae res usu non carebit. Hac hyeme muscos collegi, circa 80 quos digessi methodice. Rari sunt et quorum Te vellem participem, Muscus aphyllus capitulis turgidis Buxbaumi Cent. II., qui clavariae species est, Bryum quoddam pallidis foliis cauliculo rubro pendulis capitulis ex argillosis etc. Sphagni minimi acauli species ego habeo tres.

1) Emanuel König II. S. o.

2) Paulus von Aegina, berühmter Arzt des 7. Jahrhunderts, Verfasser eines Kompendiums der gesamten Medizin in 7 Büchern.

3) Alexander von Trallis, christlicher Arzt in Rom im 6. Jahrhundert. Sein Hauptwerk, eine Pathologie und Therapie in 11 Büchern ist erhalten.

4) Boerhaave, Elementa Chemiae. Leid. 1732. 4. 2. Vol.

De Sphagno (quod Theophrasto dictum est Splanchnos, eratque muscus arboreus) acaulo minori latifolio mones, eum emergere in m. capillaceum folio rotundiori capsula oblonga et incurva. Hoc ego non observo. Sphagnum in agris nobis nascitur potissimum mense februario, cum jam in argillosis muscus capillaceus folio rotundiori capsula oblonga et incurva setam exegit, quae deinde rubra fit, longior pendula, cum ovario sphaeroide reflexo, calyptra turgida diu inhaerente, ita ut ego Sphagnum distinctum putem. Muscum vero capillaceum filo rotundiori etc. pro eodem habeam cum musco capillaceo majori capitulis crassioribus cylindricis nutantibus et musco capillaceo majori et elatiori capitulis cylindricis obtusis et nutantibus. Nihil enim solidae distinctionis in his tribus invenio, quae ad aetatem referri non possit. Aliud habeo Sphagnum acaulon foliis nigricantibus longis gracilibus per terram sparsis, medio capitulo sessili, omnium muscorum longe maximo, semper semipleno pulvere viridi, cincto foliis in longum nigrum pilum desinentibus, pallidis erectisque. Hic in argillosis frequens est.

In musco purpureo capitulo nutante notissimus error est plerumque auctorum, ausim dicere viro integerrimo et Tuus, ejus enim loco misisti muscum vulgatissimum, dum calyptrae inhaerentissimum illi purpureo pedunculo, deinde vero capitulum gerentem erectum arcuatum luteum acutum nec calyptram reflectentem, qui duplicis est speciei, foliis crebrioribus habitu fusco et seta plerumque ex summo cauliculo progrediente, tum foliis rarioribus, seta ex imo caule ad ortum novi prodeunte, ad hos tria brya Dillenii refero. Ille pedunculo purpureo capitulo nutante est capsulis viridibus dein tinctioribus fuscis pendulis folio triangulari, valde aucto, quem tu alio nomine misisti. Alia alias. Utor vero Morisono, Buxbaumio (multos enim muscos nostrates habet), Dillenio, Vaillantio et Ruppio¹⁾. Morisonus multos habet ordine malo figuris plerumque malis. Buxbaum paucas figuras satis aptas, Dillenius multos, ordinem utcumque (Bryum est hepatica fontana Theophrasto minus apte huc traducta vox) synonyma fere nulla, nec figuras. Vaillantius textum perversum et confusum, nomina bona, figuras optimas. Rupprius saepe declarat mentem Dillenii. Plures nunc species spero ex Alpibus, quas adibo 7. vel 15. Julii. Ante abitum vero meum diem indicabo praecise, qua me convenias, vel Meiringae vel Underseae. Vellem enim nobiscum glaciales montes

1) Heinrich Bernhard Rupprius von Gießen, lebte in Jena; Arzt und eifriger Botaniker. Siehe Hallers Charakteristik im Vorwort zur Flora Jenensis. Jenae 1745.

adires graminibusque refertissimam vallem, hinc crystallofodinas adimus, tunc Engelbergam et itinere Scheuchzeriano (It. IV)¹⁾ per Gothardum, Airolum etc. Te restituemus Hospitalii, sic fere octiduum una agere poterimus, Tu facile per Altorfum petes Tigurinos, nos per Valesiam pergemus in pago Mathod, domini socii mei, hyemem expectaturi, ut aquaticas plantas in locis circa Ebrodunum, montanas Jurassenses, in Monte Suchet et circa Vallorbe colligere possimus. Sic nascetur haud spernanda suppellectilis botanica; operam vero dabo ut distinctissimas plantas suis quascumque locis inseramus, methodo Boerhaaviana vel Raiana, characteribus petitis ex ipsa rerum natura. Peritum vero picturae juvenem mecum duco, qui recentes plantas atramento indico depinget.

Ter mille plantae numerus est eximius²⁾ et quo Helvetia nostra ipsam beatam illam Galliam Narbonensem vincere queat. Nulla spes mihi superest eo perveniendi, etsi muscos et adfines plantas, copiosum genus specierum, puto, ad 500 addam. Quum tamen quotannis Alpes adire firmissime constituerim non temnenda forte inde nascetur copia. Te vero exhortor, ut fertilissimam illam vallem Tellinam aliquando adire velis, quae a nobis distat longius et sine dubio plantas calidiores profert. Ego vero montes Emmen-thalenses, Sibenthalenses, Sanenses alia occasione adibo, quos audio omni habitu Abbatiscellanis adfines esse. Sunt certe montes illi sine rupibus, fere ad eximiam altitudinem elevati, et post aliquot leucarum adscensum altissimi graminis pascua raris plantis foecundissima habent, ut vidi in Monte Bürglen, Waag, Riesen-stein quos adii. Montes dein Neccomenses ob ferrifodinas adfines credo illis montibus circa Sarunetes³⁾, sed et vallis nostra Haselia ditissimas habet mineras ferri et antimonii, sub ipso vero Monte Gemmio nunc excoquitur sulfur et vitriolum, ut vidi a. 1731. Anne monui, multa dubia mihi videri in Scheuchzeriano Caelo tristi⁴⁾?

1) Scheuchzers vierte Reise ging von Altdorf über den Gotthard nach Airol, von dort nach Sta. Maria durch das Medelsertal nach Disentis, über Oberalp und Furka ins Wallis.

2) Gesner an Haller März 1732, Epist. I, 131: „In synopsi plantarum Helveticarum pergo, et plantarum in Helvetia sponte nascentium numerum fere ad 3000 invenio, si varietates hisce addas, quas in floribus colore vel foliorum ordine, aut colore observant, has disponere jam aggredior, postquam singulas cum Herbario meo et auctoribus contuli. . .“

3) Sargans.

4) In der Nacht vom 30. Juni auf den 1. Juli 1731 war in der ganzen Schweiz ein entsetzliches Gewitter, bei dem zahlreiche Menschen den Tod fanden und Hunderte von Häusern in Flammen aufgingen. J. J. Scheuchzer hat eine

Certe nos in editissimo pascuo Neunen¹⁾, quod 1800 ad minimum pedes urbe nostra est editius, supra nos habuimus nubes, grandinemque passi sumus horrendam siccamque, ille vero noster sub speculatorum pedibus nubes incessisse vult. Literas ad eum addo, placatum Tibi opto, nec invidum nascentis gloriae qua famam illius superatum iri de merito spero. Agyrta hic est Tancin, qui publice plumbo fuso, terebinthina, oleo etc. inflammatis exusit servum et intra triduum sanatum dedit. Artem detexi. Lavit nudum corpus hominis urina, dein induxit albumine ovi, passus est exsiccari, dein iterum lavit, strataque super strata fecit albuminis; sic vernice obductum corpus frigida in spectatorum adspectu totum sine ulla fraudis suspicione tulit ignem; vesicae ex adusto albumine natae sunt nec laesa cutis; fraudem subolfeceram, quod homo brachium gereret villosum, sed pili ab igne nec superesse nec renasci possunt.

Vidistine Memoires pour l'histoire des animaux et des plantes Academiae Parisinae editas Lugduni Batavorum? pretiosus liber, nec ausus sum meis inserere. Burggravii opus²⁾ subscriptione juvi. Mathematica tractare despero, remitto vero manuscriptum de calculo integrali, quo uti aliunde nequeo.

Vale et me ama. Pridie Calendas Maji 1732.

15.

(15).

Doctissimas Tuas fusasque perlegi avidissimus, quas comitatae sunt Scheuchzerianae cum munere philosophico, Byssi³⁾ veteris specimine. Adeo te amicitia ejus beatum video, ut omnem cogitationem proprii operis botanici fere deposuerim, cum aliunde ad perfectionem immortalis laboris Scheuchzeriani pervenire spes parva supersit.

De Caryophyllata examinabo, Pentaphylloides palustre rubrum nuper examinavi, habet et hoc characterem paulum diversum, oblongas, pilosas tubas, calicem amplissimum, petala minima. Myosotis Tua angustifolia meae proxima videtur. Tozziae semen maturum non videram, frequens est in montibus Biennensibus. Nunc

Beschreibung davon gegeben und meteorologische Beobachtungen daran geknüpft: Coelum triste ad Julias Calendas anni MDCCXXXI.

1) S. Descriptio itineris alpini suscepti M. Junio anni 1731: in Opuscula botanica. Gött. 1749. S. 8 f.

2) Joh. Phil. Burggrave, Lexicon medicum universale. Francof. 1733. Das Werk gedieh nur bis B. BB II, 265.

3) Vielleicht Fortunati Fidelis Byssus S. medicinae patrocinium quatuor libris distinctum. Panormi 1598. 4.

nova dubia proponere nolo, cum Tecum praesente multa certius excutere sperem, sed de itinere exoptatissimo Tecum confabulabor.

Satis percipio bis repetitum iter per Montem Joch et Surenen Egg tibi displicere, nec immerito. Verum si directe chrystallifodinas peteremus, tunc ego et socii curiosissimae vallis Altorfinae spectaculo foecundissimis montibus Joch et Surenen Egg privamur. Plantarum enim M. Joch primi itineris nullam habeo. Ergo nisi incommodum fuerit, posco ad nos adcedere via proxima per Lucernam, Sarnam, Montem Brännig botanicis non aditum, Underseam via quam Tui cives petunt Valesiacas thermas adituri. Erimus autem Underseae die 15. Julii. Qui prior eo venerit, die 16. et 17. exspectabit in diversorio Vallis Grindeliae, dem Landes Sefelmeister, et si nec tunc convenimus, 19 et 20 Engelbergae. Inde enim Meiringam, Engelberg, pagum Stäg, Gothardum adibimus, porro ad Hospital M. Grimsel iter faciemus, de qua via et distantia diligenter erit inquirendum, puto vero paucarum leucarum esse, 4 ad summum, sed per praerupta et periculosa, qualia undique occurrunt chrystallifodinas adituris, inde Airolum, Vallem Meduleinam, Aetuatiam¹⁾, nosque Te relinquemus, vel Disentisii, si per Glaronenses redire malueris, vel in pago Hospital Uriorum, si alia via.

De his vero fusius coram, id tantum cura ut 15. Julii sis Underseae, ubi te conveniam comitatus DD. Schollio, Nob. D. Lud. de Muralt de Montcharans et forte D. Ribbe Sueco, Chirurghi Personae Regiae filio²⁾, qui Laponiam omnemque Septentrionem vidit, servoque uno. Postquam Te reliquerimus, iter faciemus per Valsiam omnem regionem plantis raris abundantem, salinas nostras nuper a D. de Beusch plurimis machinis auctas exornatasque³⁾, M. Jurae, qui proximi sunt Valli Jurassensi Val de Joux (ubi fluvius Orbe absorbetur et post aliquam distantiam rursus evomitur); Ebroduni enim spero me lecturum plantas quam plurimas aquaticas, quibus caremus excepta sola Stellaria trifolio fibr. latif. pentaphylloide rubro, Myriophyllo Vaill. Habemus autem montanas fere et subalpinas ipsumque Phalangium Iridis folio. Primula flore rubro, Christophoriana satis vulgatae sunt. In M. Selpberg,

1) Tavetsch.

2) Wahrscheinlich Carl Fredrik Ribe (1708—1764), Sohn eines schwedischen kgl. Leibchirurgen. Studierte Anatomie und Chirurgie in Straßburg und Bern, Augenkrankheiten in Paris. Nahm 1739—41 am Feldzug der schwedischen Armee in Finnland teil und wurde Leibchirurg. Bekannt als geschickter Augenoperateur. Gurlt-Hirsch V, 8.

3) Die bernischen Salinen, die einzigen, die damals in der Schweiz ausgebeutet wurden, lagen im Gouvernement Älen.

quem conscendam antequam Alpes petamus, lapides etiam figuratos colligere animus est Tuos in usus, nec enim hisce vacare possum ipsa botanica fere ultra praxeos commoda oneratus, ut ad quam novus quasi adcedo et quotidie plantas vulgatissimas lego, describo, examino, ut in quibus haud minus sit errorum quam in aliis. Rivinianum¹⁾ opus exspecto a D. Haenel²⁾, viro amico et diligente, qui dissertationibus Lipsiensibus me donat, inter quas est illa D. Hebenstreit³⁾, Africam adeuntis, qua Rivini methodus breviter continetur, Waltheri variae omnesque eruditissimae. Prodibit proxime mearum nugarum fasciculus⁴⁾, exemplar ob Alpes inprimis Tibi offeram. Extorsit importunitas fratris bibliopolae, qui fastidium meum vicit oblato opere Rajano, quo nunc plurimum utor, licet in multis Joh. Bauhinianum praeferam. Si Hegnerus⁵⁾ Tuus vel alius careat Raji methodo, exemplar habeo superfluum quod offero. Tibi etiam Pechlini observationes si optes servabo, ut quibus carere possim. Tum si velis Drelincourtium de Lienosis⁶⁾, Swammerdam de respiratione, Pechlin de vita submersorum. An observasti irregularitatem florum Verbasci? Sunt certe in luteo et albo duo segmenta majora, tria minora, uti in Veronica unum perpetuo minus clausum. De Veronica simili rotundifoliae vulg. sed majori, floribus minoribus et rubellis nihil in literis Tuis vidi; heri decerpsi denuo, sunt et ipsi folia ima rotundiora, sed distincta tamen. Gaudeo caeterum quod convalueris meo et publico nomine, et ego per octiduum decubui febremque tertianam imminentem aegre depuli repetito purgante. Heri bis tonuit et plus semel delapsum fulgur quaedam inflammavit, sine majori damno, insigniter inter tempestatem depressum est barometrum, quod habeo sane perquam adcuratum cum scala ad pedem Anglicum divisa. Baculum mecum adportabo, sed Tibi

1) Aug. Quirinus Rivinus (1652—1723), Leipziger Arzt und Botaniker. Studierte in Leipzig und Helmstedt. 1691 ordentl. Professor der Physiologie und Botanik in Leipzig, später der Pathologie und Therapie. Begründer eines botanischen Systems nach der Form der Blumenkrone. (Introductio in rem herbariam. Lipsiae 1690. 1696. 1720). Auch als Anatom bekannt, besonders durch die Entdeckung des Ausführungsganges der Glandula sublingualis (De dyspepsia. Lips. 1679) Gurlt-Hirsch V, 43

2) Christian Friedrich Haenel, Arzt in Schneeberg; Botaniker, Anatom. Auch in Chirurgie erfahren. Epist. I. Tabula.

3) J. Ernst Hebenstreit. BB II, 199.

4) Der Versuch schweizerischer Gedichte erschien zum ersten Mal 1732 in Bern bei Hallers Bruder, dem Buchhändler Niclaus Emanuel Haller.

5) Hans Heinrich Hegner von Winterthur, Schüler Gesners. Promovierte 1735 in Basel mit einer Dissertation „de Divinatione ex insomniis.“

6) Charles Drelincourt (Sohn), De lienosis. Leid. 1693. 1711. 8. BA I, 764.

curam ejus committam, cum ipse in his parum peritus sim ut nosti. Plantas Michelianas Livorno adcersere tento, nollem enim his carere; nescio an etiam in opus Erndelianum¹⁾ sumtus facere velim, tentabo tamen. D. van Royen²⁾ quod amicus sit, gratulor. Non vero opportunitas est serendi exotica *Sommergewächse* ob defectum caldarii. Curabo tamen aliquando, ut saltem nostras officinales et curiosiores sponte nascentium in hortulo alam. Vale et me ama atque ad has brevi quid sentias significa.

Die Junii 20. 1732.

16.

(16).

Gratissimas Tuas rectissime adcepi. Conveniemus Te ergo 15. Julii non 16, uti per errorem scripsisse videris; ea via ad nos proficisci poteris, quae fuit Scheuchzeri in itin. VII³⁾, inde Meiringae a viro aliquo perito horum montium certiores fiamus, qua commodissimum iter ducat ad chrystallofodinas. D. Bodmero scribe, me poetis Anglicis minime abundare, plerosque legisse a Dno Stehelino mutuo sumtos, non esse ergo quod a me exspectet curiosi⁴⁾. J. Bauhini opus prostat hic, sed pretio enormi 18 imperialium. Pechlinus vero caeterique Tui sunt, Trallianum etiam reddam, cum ex auctione publica exemplar obtinuerim, nolo Te diutius raro auctore carere⁵⁾. Prelo emergerunt Poetica mea easque tibi coram

1) Christian Heinrich Erndl (gest. 1734), Leibarzt des Kurfürsten von Sachsen und Königs von Polen. Schrieb: „de itinere suo Anglicano et Batavo (annis 1706 et 1707 facto) relatio ad amicum. Amsterdam 1710.“ Gurlt-Hirsch II, 299.

2) Adrian van Royen (1704–1778), in Leyden geboren, studierte bei Boerhaave, wurde 1729 Lektor, 1732 Professor der Botanik in Leyden. Als Dichter ebenso bekannt wie als Botaniker. Biogr. Woordenb. XVI, 531.

3) d. h. über den Brünig.

4) Gesner an Haller, 25. Mai 1732; Epist. I, 144 f.: „Cl. D. Professor Bodmerus, vir in literis, quas praestantiores vocant, vere eximius, postquam a Nob. Wyssio atque ex me intellexeret, quantum haec studia excolas, atque in his excellas, catalogum librorum anglicorum, Poetarum imprimis tuorum, videre vehementer cupiit, perlibenter quos ipse possidet tibi significabit, ut vel a te mutuo accipere, vel tibi suos mutuo dare queat. Ut hunc quam primum accipiat, te etiam atque etiam rogatum cupio.“

Im Brief vom 22. Juni, Epist. I, 149: „Nihil respondes ad petitum D. Bodmeri? Asserere ausim propter eruditionem haud vulgarem eum amicitia tua non indignum futurum.“

5) Die griechischen Ausgaben stammten von 1548 und 1556, die jüngste lateinische von 1575. Haller selber nahm den lateinischen Al. v. Tr. in der Übersetzung von Günther von Andernach in seine Sammlung „*Artis medicae principes*“ auf. Lausanne 1772. S. Choulant, Handb. d. Bücherkunde für die ältere Medizin. Leipzig 1841.

offeram cum pretio librorum et serici, quae mutuo a Te adcepi. Exemplaria Tuae dissertationis duo aut tria expeto, quibus amicos quosdam ornare possim¹⁾. Scheuchzero meo nomine salutem et obsequium. Vale et me ama, 15 Julii te conventurus qui erit dies Martis, sic tamen ut et 16 qui prior advenerit alterum expectet. Bernae 28 Jun. 1732.

17.

(17).

Ecce exemplar mearum nugarum mutatum variis locis, quae duriora visa sunt, tum Pechlini observationes, nam et purgantia²⁾ adsunt si placuerint, Swammerdamii de respiratione, Pechlin de vita submersorum, Drelincourt de lienosis, et Trallianus Tuus, de quo raro auctore, quod eum mihi cedere volueris, grates quam maximas ago. Novi parum adcepi, Hofmanni Therapiae tomi IV partem secundam de haemorrhagia et inflammatione³⁾ et conferences de Denys⁴⁾ multis raris observationibus plenas, has tamen antiquiores. Scheuchzero additas literas offer et meo nomine exemplar poesium ut qui omnium scriptorum Helveticorum sit curiosus. Ad iter paro omnia, repeto me die Martis decima quinta Julii fore Undersevae, ubi Te amplecti erit optatissimum. Mire serotinus est annus, etiam tardior praeterito, cum Helleborine alba omnia operiens anno praeterito nondum comparuerit. Vaccae tamen in die oberen Berge deductae sunt. Graminibus Tuis in ordinandis meis utor cum fructu. Cyperioidea, Juncoidea fere in vado sunt, sed Paniculata me turbant. Vero et his viam invenient tempus et industria. Flora Norica si alicui vestrum grata sit, significa, omnia enim aequo pretio prostant, sic et Pechlini opus, ut est, vix imperiali constet, rarum et egregium. Vidistine insulsissimum opus Mangeti⁵⁾?

Vale et me ama. Bernae die III. Julii 1732.

1) Wohl Gesners Doktorarbeit „De Exhalationum natura, causis et effectibus.“ Basel 1729.

2) J. N. Pechlin, De purgantium medicamentorum facultatibus exercitatio nova. 1672. 8. Leiden et Amsterdam 1702. 8. BMP III, 221.

3) Friedrich Hoffmann (1660—1742), der berühmte Hallenser Systematiker: „Medicinae rationalis systematicae Tomus IV. pathologia specialis cum medendi methodo Pars II. haemorrhagiae et dolores.“ Halle 1732. 4. BMP III, 542.

4) Jean Baptiste Denis (gest. 1704), in Paris in der ersten Hälfte des 17. Jahrhunderts geboren. Studierte Medizin und promovierte in Montpellier, wurde in Paris Professor der Philosophie und Mathematik. Eifrigster Verteidiger der Bluttransfusion. Denis hielt in seinem Haus öffentliche conférences über Physik, Mathematik, Medizin, die er an Stelle des Journal des Savants veröffentlichte, das zu der Zeit eingestellt war. Nouv. Biogr. Génér. XIII, 636.

5) Jean. Jacques Manget (1652—1742), Genfer Arzt. Schrieb zahlreiche Kom-

18.

(18).

Doleo et multum doleo, quod adeo incommodo tempore morbus Te infestet, ut brevis sit facilisque opto. Facile moram feram octidui dum Tua praesentia uti liceat et persuadebo, credo, Schollio nostro. Nuncia itaque proxime, an vires Tuae sufficiant itineri Alpino, et si faverint, die Julii 22 erimus Interlaci, dicunt enim melius esse hospitium quam Undersevae. Nihil novi. D. Koenig suos in montem quemdam Alsaciae ducit. Frustra Belpensem Montem conscendi; praeter pectines vulgatissimos nihil vidi, cum intertissimus homo, qui viam monstrabat, in omnia aliena nos duxerit, sed plantae inventae quaedam haud spernendae, ut Geum autumnale flore luteo guttato, quod ibi frequentissimum est, Hypericum pulchrum Tragi, Phalangium Alpinum Iridis folio, Orchides, Christophoriana etc., sed plura coram. Saluta humanissimum fratrem reliquamque familiam. Noli oblivisci, quod exemplar Tuae dissertationis optem. Bernae die Julii XII.

19.

(19).

Ab itinere redux, quod turbae Valesianorum¹⁾ abruperunt, et in rure collocatus de sanitate tua diutius dubius esse nolui. Quomodo ergo valeas, literis, quaeso, significa, quas Bernae Dnis Weiss et Zerleder, mercatoribus, inscribes. Adii Vallem Grindeliam²⁾, hinc montem Scheideck, juxta glaciales rupes Wetterhornii, Grindelianis centies ampliores Vallem Haseliam, ubi in pago Grund nunc ferrofodinae et fabricae sunt satis locupletes, et chrystalli pulcherrimae fratrum Mooren, quarum specimina vidi 630 et 500 librarum. Cum Valesiam aditurus essem per Vallem Haseliam, seditio Valesianorum erupit, sic a pago Gutentannen redii et montes Brienzio imminentes adii, praealtos, nec ipse M. Jod inferiori multo cum 4 horis a pede montis non conscendantur. Plantas reperii aliquas quibus carebam. Orchis mea alba Alpina palmata vere nova est et pro

pilationen. BA I, 803, BB II, 72, BC I, 520, BMP III, 603 ff. Es ist unsicher, welches Werk hier gemeint ist.

1) Eine englische Gesellschaft hatte die Konzession zur Ausbeutung der Eisenlager von Biun bekommen. Beim Anblick der Fremden glaubte sich die Bevölkerung verraten, und als das Gerücht umging, der Bischof wollte unter Mißachtung der Rechte des Volkes die Macht an sich reißen, griffen die Leute zu den Waffen und zogen gegen Sitten. Der Bischof Franz Joseph Supersaxo wußte aber den Sturm zu beschwichtigen und besänftigte die Gemüter mit einigen Fässern Wein. S. Hilaire Guy, Histoire du Valais. Genève 1903. 2. ed. p. 219.

2) S. auch für die übrigen Alpenreisen Hallers: Vetter, Festgabe für die Geschichtsforschende Gesellschaft 1905. S. 323 ff.

tali describetur. Aliam reperi forte Caryophyllatam Alp. roseo flore auctorum, spica brevi rosea, sed folio latiori, caractere diverso ab ea, quae nigro est flore, cum omnia petala, excepto imo quod palmatae flore viridi instar bifidum est, in spinulam exeant. Orchidem etiam triorchidem reperi prope Brienz, quae characterem floris habet Helleborines. Quo ergo confugies, si nec petalum inum conchiforme nec staminum caput crassum insculptis apicibus solae Helleborinae convenit? Limites certe Orchidis et adfinium ignoro. Muscum Alpinum abietiformi adfinem teneriorem habeo quatuor granis albis ad singulorum foliorum¹⁾ alas. Doronicum et Plantaginis folio et radice scorpii copiose reperi in M. Rothenhorn, Osmundamque copiosissimam in Monte Jurae ex altissimis Suchet dicto, Dolam enim nondum adii. Sicque satis caetera se habent, nec tamen mihi satisfactum est, si quibusdam Te carere scirem, cum plurima exemplaria decerpserim, Tuas facerem e. g. Glaucium Ebroduni nascens flore luteo, Jacobaeas vel verius Dorias Alpinas et quaedam alia sed noctuas Athenas.

Tristissimo casu D. Ludov. de Muralto unica fere nobilissimae stirpis spes, post iter feliciter mecum peractum in aquis interiit. Literas a Dno Wreede²⁾ adcepi curiosas, idem semper videtur; literae enim inscriptae sunt decimo februarii 1732, et hodie tantum ad me pervenerunt. Caeterum rure me contineo botanicis deditus nec sine spe successus, cum paludosas, umbelliferas inprimis plures hic reperiam, Juncaginem enim et alias quibus caremus. Inguente Mense Octobri Bernam repetam, diligenter versaturus in Muscis, ex quibus me expedire adnitar, labasco vero maxime in aquaticis hypni speciebus. Plura si fusius Te valere perceperim.

Method prope Ebrodunum die 11. Aug. 1732.

20.

(20).

Bernae die 25. Sept. 1732.

Laetissimus ultimas evolvi, patriaeque plausi et mihi, quod tantam spem, tam carum caput conservassemus³⁾. Faxit benignum

1) Gesner an Haller, 23. August 1732. Epist. I, 153: „Muscus quem memoras, est Muscus erectus polyspermos Raji (nisi fallor), qui apud Morisonium depingitur.“

2) s. u.

3) Gesner an Haller, 23. August 1732. Epist. I, 151: „Fatalis inflammatio ventriculi, quae per 5 dies absque remissione cum febris acuta institit, gravissimo meo dolore effecit, quo minus et ad humanissimas repetitas literas tuas responderim, neque exoptatum Tecum iter alpinum perfecerim. Multum inde et animi et corporis vires imminutae usum thermarum Piperiorum atque dein Badensium,

numen, ut diu cum firmiori sanitatis statu nobis usui sis et delectamento, Tu vero caveas velim, ne immenso sciendi ardore diem praecipites; nobiscum paullum otiare et te cura. Ego quidem satis valeo et plantis aliquibus ornatior domum redii, exspecto vero Tuas, raras et a gnaro rerum profectas, quod non minimum est; has pro occasione cum Scheuchzeriano opere de peste bovilla¹⁾ mittes. Cum hisce vero recipies Tua in calculum integram notata. Fateor ingenue, me eum ex iis usum capere non potuisse, quem debueram, speraveram. Otium, firmus in meditando animus desunt, forte et quaedam obstacula in manuscripto me tardarunt. Ab integro cum haud ita diu inchoaverim mathematicum studium, ubi expeditior ero in geometricis et analyticis denuo quin mihi concedas pro tua humanitate, extra dubium sum. In Jurassi jugis, quae adii, plantas paucas sed curiosa physica vidi, Urbae fluvii in terram absorptionem, ejusdem ad leucae distantiam eruptionem, lacus montanos tres, quos eadem Urba pervadit, ferrifodinas et fabricas. Si quando catalogum Tuum videro, notabo pauculas, quibus forte carueris, faciamque tuas. Obtulit et aliquas mihi obvias D. Koenig. Nova Norimbergensia diu non vidi, sed Winslowi opus praeter expectationem figuris propriis carens, adcepi cum annis Acad. scient. 1725. 1726. Newtoni nova editio aucta est mathematicis Anglorum scriptis, quae Transactionibus inserta sunt, sumtus in illud facere nolui. Prostatne apud vos Raji Synopsis? Estne vobis mercator, qui hanc et Transactiones a no. 410 inclusive meo nomine adcerseret? gratissimum foret et maxime Tibi devinctum putarem, si aliquid in hoc curae locare velles. Michelianorum operum, oro, mitte rubricas, facile Ligurno adcersere possum. Carpi²⁾ et Sylvii³⁾, Montui⁴⁾, Fracastori⁵⁾ opera parvo pretio Lausannae exspecto. Caetera languent, sed Muscos Lichenesque meos hac hyeme perficiam. Descriptionem itinerum Alpinorum⁶⁾ Solodurum mitto

requirentes me in thermis dictis nunc detinent, atque per tres adhuc septimanas detinebunt.“

1) J. J. Scheuchzer, Fliegender Zungenkrebs, eine Viehseuche, welche 1732 die eydgenössischen Lande ergriffen. Zürich 1732. 4.

2) Jacopo Berengario Carpi (geboren kurz vor 1470, gestorben 1530), italienischer Anatom, Professor in Bologna.

3) Jacques Dubois (Sylvius), (1478—1555), Anatom in Paris, Professor am Collège Royal.

4) Jérôme oder dessen Sohn Sébastien Monteux, beides Ärzte, lebten und schrieben im 16. Jahrhundert. Gurlt-Hirsch IV, 273 f.

5) Girolamo Fracastoro (1483—1553), Dichter, Physiker, Astronom und Arzt. Besonders durch seine epidemiologischen Schriften bekannt.

6) Das Manuskript soll in Paris sein. Vetter S. 20.

legato Regis Galliae, extorsit invito Schollius, qui plantarum ope in familiaritatem viri satis curiosi¹⁾ pervenit. Wreedius te salutatum vult, literas adcepi, pro hominis negligentia Januario 1731 scriptas. Ejus opuscula vidisti tria²⁾, Germanico idiomate scripta. Martinus Lausannensis <pera>git anatomica, multa movet, promovet parum ob gentis segnitiam luxumque. Vos felices: apud quos aliqua Musis amica pectora vigent! Me nisi pulcherrimae Veritatis splendor nihil excitat, nec enim vel laudes vel praemia speravi vel obtinui, ex quo mentem hominum nostrorum habeo perspectam. Ad querelas inutiles quid delabor? Sufficit Te paucosque alios habuisse amicos et discendi materiem otiumque. Vale et me ama.

21.

(21).

Ecce duodecim exemplaria nugarum mearum alba charta expressa, quae Dno Weissio cum plurima salute reddes nummosque pro rata 6 bazenor. pro singulo Tibi servabis, ut qui plura longe Tibi debeam, nec aere Tuo adhuc me solvere possim, si quidem cum Tuo commodo fieri queat. Belloni³⁾ observationes adjunxi, si placuerint Tuae sunt. Exspecto vero proxime a Te Synopsin Rajanam ob Muscos, in quibus hac hyeme totus ero, licet paucos circa urbem nostram nasci videatur. Michelianum utrumque et Bocconianum curabo ut meum faciam. An significavi Winslowianum opus propriis figuris carere nec adesse nisi paucas ex Eustachio⁴⁾? Minime exspectationi, quam multam moverat, satisfecit. Proxime dabo Norimbergensibus descriptionem Orchidis palmatae Alpinae flore parvo albo⁵⁾ et Orchidis palmatae Alpinae flore roseo, quae distinctae omni dote visae sunt. Cum proclive non sit majus opus tentare, Te inprimis recusante, liceat interim experiri hominum

1) Von 1727—1736 war Jean Louis d'Usson, Marquis de Bonnac französischer Gesandter bei der Eidgenossenschaft. HBL I, 323.

2) Otto Just Wreden, Arzt in Hannover, studierte mit Haller und Gesner zusammen bei Albinus in Leiden und Winslow in Paris. Die erwähnten drei Schriften sind: Unterricht von der Zirkulation des Geblüts etc. Hannover 1729. Unterricht von der Nutrition wie auch Wachstum und Sterben des Menschen. Hannover 1731. Kurzer Unterricht von der Struktur und Aktion der Muskeln. Hannover 1731. BA II, 225.

3) Vielleicht handelt es sich um Pierre Belon, Arzt und Botaniker, geb. 1517, der als Begründer der vergleichend-anatomischen Forschung in der Renaissance gilt. Gurlt-Hirsch I, 386. Um welches Buch es sich handelt, ist unsicher.

4) Barth. Eustacchi (gest. 1574), berühmter Anatom in Rom. Seine anatomischen Tafeln wurden erst 1714 von Lancisi veröffentlicht.

5) 1733 erschien im *Commercium Noricum: Descriptio Orchidis palmatae Alp. spica densa albo viridi*.

sententias: errores typographicos jam multos in meis admisere, nunc lactescit loco latescit. Finito plantarum aevo nunc ad examen synonymorum me converto, sed misere laboro in graminibus. Cyperoides majus angustifolium quod misisti, cur spicas habet pendulas? Certe in Scheuchzeriano opere huic in sylvis nostris nascenti nomen non reperio. In paniculatis peior est conditio. Sed labor improbus et repetitae observationes et haec revelabunt. Tū noli spes deponere, ex indigni hominis honore, ipse Tua Te virtute involve, et ego nec praemia exspecto nec laudes, mihi sapio et amicis. Nasciturne apud vos Rosella? Delecta est apud nos in prato quodam udo, sed Asaro caremus, alicubi tamen latebit. Anblatum etiam nullibi invenio, nec Hypopisim nec Camerariam nec Centunculum nec Radiolam, sed Blattariam luteam, et albam purpureascentem nuper prope urbem vidi. Plurima discam ex Tuo catalogo. Meus etsi paratus esset, Te adire non audet, adeo Tu es ditior, adcuratior, ego longe sequar. Infortunia ab aquis ut avertat Deus precor¹⁾, nos hic valemus, sed vineas nostras grando obtrivit, horaeos fructus elisit. Iter meum breve, exiguum, uti hac hyeme concinnare institui, communicabo. Utilius Tecum fuisset, sed id fati displicebat. Nullane spes est Te anno proximo potiundi? Posses per Glaronenses me Altorfi convenire, simul adiremus Gothardum et per Vallem Haseliam et glaciales montes Bernam repeteremus, inde saepissime secundo fluvio Brugam repetere licet, unde proxima Tibi patria. Parentes optimos et fratres salutatos volo. Vale et me ama, nugatorem ociosum excusa.

Bernae die Oct. 11.

Tabellario satisfaciet D. Weiss.

22.

(22).

Ultimas Tuas perquam exoptatas cum opere Rajano indiceque Tuo adcepi. Ex utroque plurimum profeci, remitto autem indicem, cum satis concipiam, Te eo non carere facile. Plantarum an methodum an copiam magis mirer, nescio. Nunc enim mihi penitus nihil visus sum, cum Tua viderim, sed enitar et laborabo, ut et meas opellas augeam, nunquam certe Te aequaturus, oculorum vitio, et quadam industria, quae nobis connascitur. Rajanum opus detinebo aliquamdiu, multi enim mihi usus erit, jamque Bulbocodium Alpinum, mihi in Gemmio lectum, ibi offendi, cujus sedem ignorabam, et Sedum fl. majori albo et rubro ex Lauterbrunnen.

1) G. an H., 30. Sept. 1732. Epist. I, 161: „Hora 11 qua haec scribo Sila torrens (die Sihl) exteriorem partem urbis nostrae inundando multa damna intulit.“

Abhandlungen d. K. Ges. d. Wiss. zu Göttingen. Math.-phys. Kl. N. F. Bd 11, 2.

Micheliana oro et obsecro, si commodior Tua est procuratio, mihi conquire, tum et Bocconum; nummos fidelius expediam quam factum sit hucusque. Remissem certe, nisi Joh. Baubini opus detexissem alicubi, quod Tibi comparare conor, pretio ut spero vili. Drelin-courtii libro de Lienosis adnexum est Bellini opusculum ad Ducem Etruriae, eo nunc egeo ad contexendam Diaphragmatis historiam, quam Petropoli excudendam petit Schreiber: fac conferas, an eadem sit cum lemmatibus operi de urinis et de pulsu praemissis¹⁾. Si diversum sit, vel librum conmoda, vel ni grave foret, exiguum opusculum exscribe. Namque Schreiberus mihi sua de motu nescio qua occasione misit²⁾, alia retinuerunt Burggrav et alii. Totus in eo est, ut Te vocet Petropolin, ipse Rigae est cum lautissimo stipendio. Certe ex eo Tuo itinere plurimum boni promitto. Quod illud adtinet per Italiam³⁾, curiosum sane et pulchrum, sed cur non potius petis Provinciam agrumque Monspesulanum, rediturus per Insuriam Venetorum? Si licuerit Tibi per negotia, efficiam, si fieri potest, ut tecum sim, plurima enim inde praevideo conmoda. Si minus Tibi sit otii, tum mecum si aliquamdiu esse volueris, erit gratissimum. Convenirem Te Altorfiae, per Gothardum, Rhaetorumque aliquos iter Scheuchzeri It. IV imitati per vallem Haseliam et glaciales valles rediremus; esset forte et mihi socius unus vel alter: nec plus quam 15—18 dies requireret mihi Tibique. Paludes enim Lauterbrunnenses sociorum impatientia et majori penso diurni itineris impeditus non satis lustravi, reliqua omnia curiosissima sunt, et mihi pleraque nova. Si alicubi apud vos fuerit Cowperi Myologia magna, ex eo quae diaphragma concernunt exscriberes orarem, hoc enim opere maximo meo damno careo. Plantae quas ex Te petam, sunt innumerae, paucis tamen catalogum meum instruem⁴⁾.

Vide quam sim avarus, sed cum a Te solo aliquid adcipiam nec ego pluitum adhuc profuerim ignoscas quaeso. Catalogus meus

1) Es sind die gleichen Lemmata, die mit Drelincourts Buch und mit de urinis etc. erschienen. Mit der Schrift an den Herzog von Etrurien ist aber offenbar „Gratiarum actio ad M. principem Etruriae. Pisis 1670“ gemeint. BA I, 508.

2) Siehe Schreiber an Haller, Epist. I, 162: „Praelegi ibi (Petropoli) disquisitionem metaphysicam de corpore et motu; quam Tibi tamen transmitto.“

3) Gesner an Haller, 14. Oktober 1732. Epist. I, 166: „Cum carissimo amico Dno Usterio . . . consilium agito de itinere per Bernam, Taurinum, Genuam, Liburnum, Pisas, Florentiam, Bononiam, Venetias, Rhaetiamque instituendum cum matheseos tum imprimis studii botanici gratia. Renituntur vero Parentes et dissuadent propter teneram valetudinem et impensas.“

4) Folgt ein Verzeichnis von 36 Pflanzen mit Angabe der Katalognummer.

1000 circiter plantarum non is est, quem Tibi offerre audeam, digniorem efficere conabor. Plantas Hanoveriam Schreiberio etiam et Haenelio misi; ab hoc exspecto nova aliqua quae promisit, diu vero literas non adcepi. Extricavi mea gramina, sunt 70 (vide paupertatem) magno nisu; quibusdam in locis videtur Scheuchzerus characterem non observasse satis, ut in illo gluma acerosa, quod nisi aliud ejus nomine habeam, plures folliculos in una locusta habet. Gramen mihi est paniculis confertis purpureo-argenteis latifolium, non capillari folio, ex Monte Suchet, quo referam, nescio. Ecce Glauci semen, eo forte non cares. Memento Bellini, Bocconi, Micheli (nummos si mavis praeenumerabo). Vale amicissime vir et me ama. Bernae die 24. Oct. 1732.

Serici Flatseide cujus saepe misisti lb. i.

23.

(22).

Ecce alias adhuc literas. Cum nuper mitteret mihi D. Staelhelinus Raji Synopsim, eum facilius hoc libro carere putavi quam Te βοτανικώτατε. Exspecto ejus loco, si placet, opus Michelianum. Scripsit aliquando Scheuchzer, se Tibi tradidisse opusculum suum de peste bovilla, possis adjungere et sericum, Bellini vero extractum vel librum, citissime exspecto. J. Bauhini opus mercor Tuo nomine a D. Neuhaus, puto 8 vel 9 coronatis (floreis 12—13) posse redimi, pretio certe tolerabili, si tamen displicet, ingratias facere nolim. Rumor ad nos pervenit; nugas meas edicto publico apud vos proscriptas esse; quid in illo veri sit, manda nec amico parce, nam etsi graviter fero qui me puto minime hoc meritum, verum tamen nuncium exspecto¹⁾. Cum muscis nunc pugno. Lichenastrum pulcherrimum habeo, in cornu pellucido plusquam unciali, flosculum fulvum gerentem, est vulgatissimus, sed raro floret, M. vero absynthii folio nunquam, M. etiam montanum fragilem jam toto anno observo, nulla prodeunt capitula. De Michelio et Boc-

1) Darauf schrieb Gesner am 3. November 1732. Epist. I, 167 f.: „De proscriptione (opusculi tui) falsus rumor est: quid vero hujus rei sit habe: In collegio quorundam Theologorum lectus libellus visus est quaedam Theologiam naturalem (dixerunt naturalismum) spectantia, nimis libere enuntiata continere e. gr. unſ iſt der Seelen Ruſ ꝛ., quod intellectum voluerant de animi quiete et indolentia corporis ex sententia Stoicorum; fuerunt quidem et inter Theologos, qui hoc et nonnulla alia in optimam partem interpretati sunt, dignis Te laudibus extollentes. Cum tamen nonnulli existimarent, posse quaedam ab insciis male interpretari, D. Professori Biblico demandatum est, ut Typographo, qui tum distribuebat exempla, indicaret, ne imposterum tam libere venderet; interea vero alius Bibliopola absque ullo discrimine quamplurima exempla minime contradicentibus Theologis vendidit.“

cone memento mei, plane enim ad institutum meum iis carere nequeo. Orchidem Alpinam palmatam spica albida et viridi conferta dedi Norimbergensibus; plane differt a palmata viridi vulgo nota. Crescit in summis montibus herbosis locis.

De Saxifragia altum certe in omnibus quos possideo scriptoribus silentium mihi visum est, ultra non cogitavi, cum Morisonum ad minimum, qui Columniana diligens collegit, ejus memorem fore putassem si haberetur. Addo hoc foliis gramineis minime succulentis vel Sedo adfinibus. Crescitne apud vos Rossolis? Nos habemus loco unico; exemplaria habeo, Tua, si velis, ut et reliquae meae plantulae, de quibus apud Te loqui non audeo. De itinere stat mea voluntas. Si mecum esse non possis, Nessum M. et vicinos montes Simmiae Vallis adeo certe perquam fecundos plantis elegantibus. Rapunculi etiam graminei exemplar mitte, mea perierunt, quae multa habui, aut distributa sunt. Plantae anni 1728 fere pulveriscunt, quod non sub prelo fuerint siccatae; soleo nunc charta crassiori et funibus adstrictas servare, sed tunc facile situm contrahunt. Schollius iter parat, per eum conabor libros aliquos conquirere. Sed Tecum tota die fabuler, nisi inhibeam, otiumque Tuum corrumpam. Vale et me ama. Die 30. oct. 1732.

24.

(23).

Licet nihil admodum habeo quod notu dignum sit, non tamen volui ut J. Bauhini opus sine litera ad te perveniret. Constat 8 coronatis, florenis 12. cum 5 bz. inpensarum; doleo, quod cum sumtu Tibi tradere necesse sit, noluerunt in plaustis onerariis tantillum recipere. Sericum vero et Michelianum opus gratus adcepi, hocque cum Tua venia servabo cum Tuum exemplar adveniat. Aere Tuo me solvam quando placuerit. Nummos pro poematiis reddendos vult, si placet, frater Burkino vestro¹⁾, pretio vero est 5½ bz nostratium non 6. et omnium 12. nonnisi 66. bz quod ad 4 fl. recidit. Elthamenses tabulas²⁾ Dillenius ipse sculpsisse videtur, magnae sunt, sed ars pictoria non est nimia. Schreiber proxima hebdomade mitto tractatulum; res Tuas commendabo, licet homini integerrimo satis sint commendatae. Namque licet non sine dolore Te adeo a nobis remotum cogitem, res Tuae hic aguntur, non meae, nec aeternum fore dissidium spero: Tum meo ex exemplo non auguror Tuis meritis digna praemia in patria servari, ego enim,

1) Vielleicht handelt es sich um den Buchhändler und Buchdrucker Heinrich Bürkli (1709—1756), mit dem Hallers Bruder in geschäftlichen Beziehungen stand.

2) J. J. Dillenius, Hortus Elthamensis Jacobi Sherard. London 1732, fol.

otio nunc abundo et inanibus fruor laudibus. Nec diffiteor, ni ux-
oratus essem et pater, et me cathedram Petropolitanam sponte
ambiturum. Tibi vero magis adhuc et frater obest, qui certe Te
multis de rationibus morabitur. Alteri fratri, theologo¹⁾, de ob-
latis honoribus et initis sponsalibus meo nomine gratuleris volo,
nec enim mihi potest non amicus esse qui tanta Tecum necessitu-
dine tenetur. Scheuchzerus certe libellum se Tibi transmissurum
promiserat, sed a Te donatum, gratus adcipio. Libelli innoxii
fata miror, tanti esse non putaveram. Humanissimo D. Bodmero²⁾
salutem dic plurimam, et si me honoratum velit suis epistolis, fore
mihi et gratum et gloriosum. Sponte eum lacerarem, nisi multa
jam nox esset, nec ego firma valitudine, quae adeo est tenera, ut
nonnisi summa diaeta eam conservare valeam. Peccat maxime
ventriculus, et jam ab aliquo tempore sum utcumque ἀσώτος (!); haec
dissipabit ver et gratus in plantis labor et nostrum si perfeceri-
mus iter. Novi nihil habeo, Winslowi opus summis laudibus dig-
num est, congenerum, adcuratissimum. Vale et me ama.

Bernae die 12. nov. 1732.

Dno. Bodmero responde, May³⁾ illum esse poetam ex iis, qui
poemata varia societatis Germanicae ediderunt, prosa certe nobili,
vena non nimis abundante; fateor autem bonum virum mihi sub
calamum incidisse occasione brevissimi nominis, quo opus habebam.

25.

(24).

Spero, Te J. Bauhinum cum meis rite adcepisse. Repeto, si
plaustris onerariis inponere licuisset, sumtus non tantum tibi fuisset
faciendum. Nova non habeo, mei causa Te compello semper inpor-
tunus. Tractatum de Diaphragmate, Schreibero promissum, cum
ex tam remotis oris exemplaria speranda vix forent, malui hic
prodire, et ne typorum splendori aliquid decederet, curabo. Hanc
in rem apud vestrum Herlibergerum⁴⁾ figuram sculpi vellem. Huic

1) Hans Jakob Gesner, geb. 1707, 1740 Professor linguae Hebraeae und 1754 zugleich auch Professor Biblicus in Collegio Carolino. Er war ein großer Numismatiker und Verfasser zahlreicher einschlägiger Arbeiten. Leu 8, 480.

2) Joh. Jak. Bodmer (1698—1783), der bekannte Zürcher Literaturhistoriker und Dichter.

3) J. Fr. May (1697—1762), später Sekretär der Deutschen Gesellschaft in Leipzig und Professor der Philosophie daselbst. Hirzel I, 172. Bezieht sich auf „Die verdorbenen Sitten“ Vers 13 in der ersten Ausgabe: „Ich aber den wie May sein Stern nicht schuff zum Dichten“ Hirzel II, 319, was in der folgenden Auflage abgeändert wurde zu: „Ich aber, dem sein Stern kein Feuer gab zum dichten.“ Hirzel II, 87, s. auch Vetter S. 33 f.

4) David Herliberger (1697—1777), Kupferstecher und Kunsthändler in

rei ut praesis, oro, ut sumtus moderari, operi adesse, monere, incitare velis. Peto exemplaria centum, quinquaginta sex charta in folio, cujus specimen est additum, inpressa. Sumtus spero fore non nimios. Ab Haenelio spero nova quaedam, promittit et ipse et Hugo ¹⁾ fossilia; haec Tuos in usus ipse minus curiosa adicipiam.

Duodecim exemplaria chartae quam *Postpapier* <vocant> ejus formae, cujus hae sunt literae, vellem. Opus perfectum esse ad calendas Januar. e re mea foret. Postquam itaque sculptum erit, ad examinandum et corrigendum mitte ectypum, deinde si rite peractum fuerit, ipsa folia. Rem quae penitus mihi insedit, commendo ut amico gnaro fidelique, multis in rebus experto. Multa monita ad sculptorem in literis continentur, quas apertas addo, ut ipse melius me juvare possis. Alius forte si sit chalcographus peritus Tibi notior, libere utere et ei sculpendam trade. Nobis et Chalcographus et prelum excudendis tabulis aeneis aptum desunt. Vale et me ama. Bernae die 26. Nov. 1732. Pretium nisi nimium est et 6 vel 8 coronatos (12 gl. ad summum) transcendat, statim pactu ini, utcumque sit, proxime certum fac.

26.

(25).

Uti exspectaveram ita promptissime responsum Tuum ²⁾ adcepi, recte enim speraveram, Te negotia mea pro Tua amicitia curaturum ut Tua ³⁾, Siquidem Tu Lochmannum ⁴⁾ praesentem habes et multa monere, corrigere potes, in absentem idem jus non sit, penitus Tibi permitto ut procures sculptionem apud eum Lochmannum. Si ante medium Januarium perfecta tabula esse nequeat, exspectandum, cura tamen, ne mora protrahatur diutius. Frigus apud nos ingens et aurorae boreales frequentes. Aliud aliquod phaenomenon ab

Zürich, Schüler von J. M. Füssli, J. D. Herz und B. Picart. S. Nagler, *Künstl. Lex.* VI, 135.

1) Aug. Joh. Hugo, königlicher Leibmedikus in Hannover.

2) Gesner an Haller, 29. November 1732. Epist. I, 173: „Lectis literis tuis statim ad Chalcographum, cui epistola tua inscripta erat, me conferre animus erat: cum vero intellexerim, eum apud soceram quatuor a Tiguro horis remotum degere aliis rebus intentum, cum D. Lochmanno perito pariter sculptore locutus sum, ut ad opus incitarem et de pretio transigerem. Cum vero fere unicus sit, qui hisce rebus hic operam navet, adeo se occupatum ajebat, ut sibi impossibile sit opus ante Kalendas Januarii aggredi, nec rationibus instanti mihi cedere voluit; promisit vero ad medium Januarium opus absolutum iri.“

3) Der Text hat mea.

4) Johann Lochmann, Kupferstecher, geboren um 1702 in Zürich, studierte in Augsburg. Mit dreißig Jahren wurde er geisteskrank. S. Nagler, *Künstlerlex.* VII, 570.

amico adumbratum proxime mittam. Heisteri compendium¹⁾ habeo cum responsione ad Garenjeotum et tabula musculorum interosseorum. Vale et me ama.

Die Dec. III. 1732.

27.

(26).

Tuas rite adcepi cum literis Clauderianis²⁾. Gratum est quod D. Bodmer hoc specimen voluntatis exterorum procuraverit, ex ea inprimis regione profectum, ubi et poetae et poetarum iudices nascuntur. Mirifica elogia nec mereor nec adgnosco. Quae culpant minimam partem constituunt culpandorum, etiam eorum quae corrigere constitui, si aliquando denuo inprimantur. De n finali Gedichte etc. videtur mihi regula falsa esse, repugnare convenientiae, dialectis plerisque et optimorum exemplis. De e finali alii judicent, num a lieben Liebe etc. dicendum sit, non autem a wählen Wähle, et an Wahl non sit diminutio vocis Wähle. Schverde habet Lohenstein, idoneus auctor etc. Fäulen putrefacere si nondum dicitur, dici debet, ut a trinfen tränfen, ita a faulen fäulen. Haec breviter nec ex negotio. Tabulam quod adtinet, mutavi paulisper consilium. Malo forma quadrata quale folium addo, et exemplaria desidero 206 inpressa eidem chartae qualem mitto. De pretio mone. Corrigendum an sit aliquid, non statim subvenit. Perfecta tabula mitte ectypum, in hoc si quid aliter placeat, mone, Tu de musculorum et fibrarum tendinearum expressione ex Bidloo³⁾ et de caeteris pro Tua eriditione edoce artificem. Hic scriptum sub prelo est, nec splendori parcitur. Alicubi detexi Leopoldi Iter Suecicum⁴⁾; multa de lapidibus figuratis et metallis ejus regni et curiosa habet. Nix nos obruit, ad muscos penetrare nequeo. Novi nihil. Gillerum uxorem duxisse non ignoras. Burklinus cur nummos adipere nolit, miratur frater, dum rem explicaverint, retine. Si iis, quos debeo, careas, mone. Saluta Tuos. Vale. Die IV. Dec. 1732.

1) L. Heister, Compendium anatomicum. Ed. 4, 1732. 8. BA II, 54.

2) Bodmer ließ Haller durch Gesner einen Brief von Johann Christian Clauder aus Leipzig über die Gedichte zukommen. Epist. I, 176; Hirzel I, 120 f.

3) Govert Bidloo (1649—1713), Professor der Anatomie in Leyden, Herausgeber eines anatomischen Prachtwerkes, „Anatomia humani corporis, centum et quinque tabulis per G. de Lairese ad vivum delineatis demonstrata. Amstelod. 1685 f.

4) Joh. Friedr. Leopold, 1676—1711, Arzt in Lübeck. Relatio epistolica de itinere suo Suecico anno 1707 facto, ed I. Woodward, London 1720. Poggendorff I, 1428.

28.

(27).

Moras opusculi mei non miror¹⁾, Tuas vices doleo, qui ob meas nugas tantum laboris suscepisti. Oro ergo, ut ex cane diaphragma demonstres Fuesslino²⁾ severe monendo, ut dimensiones prototypi servet, praeter ea quae notavi, et foramen inprimis oesophagi, quod aliquot lineis depressius una vero alterave brevius et minus esse oportet. Picturam dein exspectabo, omniaque Tibi, amicorum utilissimo, conmiendo. Infortunium miserorum vestratium doleo, qualia ut a Te avertat, precor³⁾. Quod inquis de notulis meis, non ideo certe miseram, ut cuiquam ostenderes⁴⁾; si Cl. Bodmero eas communicare velis, has potius communica.

Quod n finale adinet, si aliter sentiant Saxones, sibi habeant; quid enim necessarium magis quam genitiva distinguere a nominativis? quae lingua Germanica ubique solícite seperaverat. Nonne ex analogia concludi potest, casus qui in singulari per s distinguuntur, in plurali per n distinguere debere? Hunc certe non errorem puto, et delicatam illam enunciationem diluciditati sermonis efficere credo.

Quod ad *Wähle* et e finale. Denuo ex analogia auguror. Cur dicitur *die Sage*, *die Lüge*, ac cur non possit dici *die Wähle*, *die Sprache*? Hac in re tamen pertinax non sum et usui cedam.

Ich fiede pro *ich fiede*, error meus est non dialecti. Ego quidem ex analogia putavi, cum dicatur *du fiedest*, et *fiedt*, *du*

1) Gesner an Haller, 18. Dezember 1732. Epist. I, 174: „Cum heri Sculptor Iconem diaphragmatis sculpendam peteret, ipse eum adii, ut et de pretio et emanatione eorum, quae notasti, cum eo agerem: aperte fassus est, quod etsi omnem operam, quae a sculptore pendet, impendere cuperet, vix tamen sperare se posse eam ornatam atque ex voto tuo prodituram, nisi prius a perito pictore teneriore et umbris instructa figura exhibeatur, quod a se fieri posse negavit. Non cunctatur itaque ne splendori operis tui rudiori icone aliquid decederet, peritissimum pictorem nostrum D. Fuesslinum (qui omnes Cel. Scheuchzero icones eas quoque, quae operi Biblico destinatae sunt, parat) conveniebam, ut pingendae tabulae opus in se susciperet ...“

2) Johann Melchior Füssli (1677–1736), bekannter Zürcher Zeichner und Kupferstecher. S. Thieme, Allgem. Lex. der bildenden Künstler XII, 571.

3) Gesner an Haller, 18. Dezember 1732. Epist. I, 175: „Praeterita die lunae incendium partis meridionalis nosocomii nostri circa mediam fere noctem incipiens, universam urbem nostram in summum conjecit terrorem. Eo homines periere (grave dictu) XXIV, duo, qui vitam saltu servare contendebant fregere jugulum et cervicem: reliqui XXII mediis in flammis interiire.“

4) Gesner an Haller, 18. Dezember 1732. Epist. I, 175: „Correctiones annotationum Clauderianarum in Carmina tua cum venia D. Bodmero ostendam, ut intelligat, nulla nisi cum vero de his judicare non valeo, ut qui haec ignorem cum ignorantissimis.“

lieſeſt, er lieſet, debere dici *ich ſiehe, ich lieſe*, quo ipſo et ambiguitas optativi vitaretur.

Fäulen, putrefacere, ſi non dicitur, dici debet ex analogia *ſaugen, ſäugen* etc. dici puto, nec enim alia vox huic reſpondet.

Würmen: dialectus eſt noſtra. Dicitur eodem modo *Stürme*, *Thürme* ex *Sturm, Thurm*. *Himmelhoch*, pro *Himmel-hoh* minutia eſt, indigna claro cenſore.

Kayſern pro *Kayſer* ad notam primam pertinet.

Schwerde pro *Schwer*. Sic habet *Lohenſtein* paſſim.

Du wirſt wer dich beſtreitet ſchlagen. Fateor phraſin ex Gallico idiomate deſumtam eſſe, Tu vaincras qui t'attaque, ibi dicitur eleganter. Haec breviter nec indocili animo. Non enim naevos meos ignoro, et doceri amo. Satyram certe hic diſperſam, qua opusculum iſtud traducitur, legi ſaepe amicis, nec auctorem, notum mihi, ideo inter inimicos habui¹⁾.

Praeterita ſeptimana miſit D. Haenel Heiſteri et Waltheri catalogos plantarum, Heiſteri Programma Botanicum, et diſſertationem de utilitate foliorum in ordinandis claſſibus²⁾ plantarum, ubi fuſe Rajanam methodum defendit³⁾. Alia plura ab humaniſſimo viro exſpecto, tum et mineralia.

Frigus apud nos in dies vires ſumit. Plantas duas vidi hiſce diebus, adfines, mihi ignotas. Altera calceo albore cruſtam in terra facit, non folioſam, inde funguli albo pedunculo lineari, capitulo globoſo miniato, ſed penitus calcea ſubſtantia et durabili. Adfinis ſecunda, ſed cruſta ex griseo potius polline in racemos congeſto facta capitulis ſimilibus ſed minoribus.

Eirinius⁴⁾, de quo ſine dubio fama ad te pervenit, in noſodochio ex lapſu decumbit. Vivit apud Neocomenſes cosmopolita quidam nomine Cordier, itineribus plurimis clarus, philoſophus per ignem, phyſicam inmutans totam et elementa alia condens, inter quae unum eſt volatile. Ex asphalto naphtham puram inodoram ſatis eleganti artificio paravit. In chemicis, quod mirum, metallorum mutationem negat. Ruſticus etiam in Valle Emericiana,

1) Von der erwähnten Satire iſt nichts Näheres bekannt. Vetter S. 37.

2) Der Text hat claſſis.

3) L. Heiſter, Diſputatio de foliorum utilitate in conſtituendis plantarum generibus. Helmſtätt 1732. 4. BB II, 177.

4) Eyrini d'Eyrinis, ein Grieche angeblich aus Ruſſowa. Er gab in Neuenburg griechiſchen Unterricht und war ein großer Förderer mineralogischer Studien und bergmänniſcher Unternehmungen. Auf ſeine Veranlaſſung hin wurde der Asphalt im Val de Travers ausgebeutet. S. Studer, Geſchichte der phyſikalischen Geographie in der Schweiz (Bern/Zürich 1863), S. 223 und 288.

St. Immer Thal, habitans trisectionem angulorum, circuli quadraturam etc. nova methodo demonstrata dedit Academiae Scientiarum Gallicae. Schemata vidi, sed aenigmatice conscripta. Profunde vero satis eum hisce disciplinis inbutum esse facile adparet.

Si Michellii opus Florentia adceperis, mitte totum, Tuum enim exemplar nomine Tuo in prima pagina signatum, Tibi magis convenit. Aere Tuo me solvam ut potero, debitis non potero, tanta sunt Tua in me officia.

Burggravius quod a Schreiberio mihi missas schedas, cum retinuerit, expostulaverim acrius, mihi succenset admodum. Vidistine de ejus opere iudicium in Bibliothèque de l'Europe¹⁾? valde ironicum.

Saluta meo nomine Scheuchzerum, cui ex inpressis tabulis meis exempla dare potes, arrham secuturi opusculi; Tibi quot volueris serva, et si mearum dissertationum olim defensarum volueris, inpera.

Tuos saluta humanissime. Vale et me ama. Bernae die 25. Dec. 1732. D. Christianus, medicus nostras, Belgium petit, ex asphalto paratum antidotum exitialibus illis vermibus obpositurus. Nascitur hoc asphaltum ad lacum Thunensem, tum in Neocomensi principatu copiose. Passim et naphthae fontes dantur.

29.

(28).

Amantissimas Tuas rite perlegi. Catarrhales febres et nobis fuerunt molestae, nec ulla fere familia malo caruit²⁾. Figura quod retardetur, non mirum. Si eo adduci posset Fuesslinus, ut curam picturae susciperet, foret melius, licet mora inde nasceretur. Verum haec omnia Tuae prudentiae committo. Interim hic typographus ad tertiam plagulam pervenit. De sumtibus etiam non monuisti. Quod de Scheuchzeri erga Te animo conquereris, non miror. Diu jam est, quod illius viri in Te propensione valde dubitaverim. Invidiam vocem vel aemulationem; certe non placet viro famoso juvenis, qui hominum oculos nimis in se convertat, in botanicis inprimis, ubi mihi non penitus videtur firmus; nimia industria Tua clam Tibi erit pro crimine. Nec pejus odium quam quod causa caret. Macte tamen animo, nec enim ille homo Te unquam obprimet. Nimis enim es apud externos notus Tuisque carus. Per-

1) Bibliothèque raisonnée des ouvrages des Savants de l'Europe. VIII, 1732, 216.

2) Die Influenza-Pandemie, die von 1730—33 die ganze Welt heimsuchte. Sie kam von Amerika über Rußland, Polen, Deutschland im Dezember 1732 nach der Schweiz. S. Hirsch, Handbuch der historisch-geographischen Pathologie, 1881, 2. Auflage S. 7.

dura igitur

Non, si nunc male,
Semper ita erit.

Quod praelectiones Tuae adplausum inveniant, gaudeo et porro gratam Tibi opto patriam. Mea non ingrata est, nihil enim me-reor, sed omnes enitentes conatus prosternit neglectus literarum, meaque solitudo, cum in omni studiorum genere ne unum habeo, qui vel excitet, vel audiat saltem. Eo minus mirum, mea omnia languere; molle enim et elumbe vitae genus nostris familiare, et mihi obtruditur, reluctanti subinde. Hac hyeme praxis medica me totum tenuit. Casum adcipe terrificum. Nobilis familia, mater, tres filiae jam XIV annum superantes, cum fratre habitant, moroso nec mente firmo. Inde taedia, metus, irae. Ancilla chara dominae aegrotat ex hydrope. Virginum natu maxima adsidet aegrae, ministrat. Ipsa morbo acuto compititur, ab ea et mater et sorores. Mater intra tres horas subcumbit. Natu maxima die nono. Vocor ad reliquas. Iis signa pleuritidos male habitae. Erumpunt copiose pustulae miliares. Ad diem nonum bene habent, sed juniori patronus chemicus suggerit hydroticum violentum. Unde brevi mors. Senior pulverem excusserat. Inde suspiciones de veneno a fratre exhibitio. Aperui mortuam: magnum ulcus in imo pulmone dextro. Ultima tandem mutata cute evadit, ulcere rupto et expurgato.

Herbulae paulum valere jussae, hodie mihi primum visitatae. Octo vel decem reperta Lichenastrae cum floribus. In illis ordinandis valde laboro. Nimis multas species habet Micheli, nimis paucas reliqui. Fungum nigrum minimum facie Aspergilli in ligno putrido reperi. Lichenes de quibus scripsi olim, sunt ex ordine 35 Micheli. Muscum etiam Hypni effigio, sed florentem Bryi more inveni, de quo alias curatius. Hac aestate num comes esse possis itineris non mones, quod quidem foret gratissimum. Sic vitam tolero. Adcepi Academiae Scientiarum volumina annorum 1727, 1728 et ex vetere bibliotheca Inperati historiam naturalem¹⁾, Bal-lonii consilia²⁾. Heisterianam dissertationem de ordinandis plantis ex foliis legi, specimen dedit in Papilionaceis, novumque genus subjecit Phaseoloidis et Lathyroidis. Non sum Tournefortianus. Per folia tamen genera multiplicantur in infinitum, tolliturque omne

1) Ferrante Imperato, Apotheker in Neapel: Historia naturale, Neapoli 1599 BB I, 393.

2) Guillaume de Baillou (1538—1616), berühmtes Mitglied der Pariser medizinischen Fakultät. Seine Consilia medicinalia wurden nach seinem Tode von J. Thevart herausgegeben. BMP II, 449.

methodi commodum. Ranunculos etiam in novem genera dispescuit. Mihi certe Ranunculoides videtur posse cum Ranunculo manere, magisque adhuc Ranunculasphodelus et Ranunculus tuberosus. Novum potius genus meretur Thora, quam tandem videre multum cupio. Multum in foliis peccavit Rajus et Boerhaave, quod a paucis speciebus in classes transtulerint. Inde in caractere Androsaces nata folia crenata, flos umbellifer, quibus excluduntur species duae Alpinae. De Caryophyllata alias monui. Peccatur certe in foliis, ab aliis neglectu, a nuperis multis nimia curiositate. Hortum Elthamensem non curo, Pinacem desidero magis, quo ipso multus mihi tolleretur labor synonyma colligendi excutiendique.

Fratrī de Poliatri¹⁾ munere meo nomine gratulare. An Tu semper ἄγανος? Sic certe eruditum virum decet²⁾. Me aliorum abripuit fortunae cura, quae nunc mediocris est. Vale et me ama. Die 26 Jan. 1733.

30.

(29).

Gratissimas Tuas recte adcepi, vires et sanitatem Te recuperasse gaudio³⁾. Ego habui utcumque febrem catarrhalem, venae sectione jugulavi. Multum etiam mihi operae dedit constitutio haec epidemica et a botanicis revocavit, redeo tamen furtim ad istas delicias, nec dubito quin et Tu cum iis in gratiam redeas. Figura Fuessliniana pulcherrime picta est⁴⁾, meoque nomine grates age insigni artifice, qui penicillum suum mihi commodare voluit. Ad sculptorem poterit deferri, paucis mutatis oesophago, ut ipse mones. Tum ad literam M. O. fibrae oblique sub foramine cavae sinistrorsum descendentes, quas praetervidit vester, restituendae fibrae carnea ad latus oesophagi cum tendineis se confundentes, si paulo melius possent exprimi, gratum foret. Sculptor monendus de candore tendini septi conciliando et fibrarum per eum decurrentium delicata teneritate. Omnia Tibi committo, vir integerrime. Habes ducenta exemplaria ultimae plagulae, quae cum explicatione figurae ipsam tabulam continebit, ea trades sculptori. Quatuor etiam exem-

1) Poliater hieß in Zürich der zweite Stadtarzt, Archiater der erste.

2) S. Gesner an Haller, 25. Oktober 1732. Epist. I, 155: „Suadent parentes, ut conjugem mihi jungam, nimis tamen mihi commodum est vitae meae genus.“

3) Gesner an Haller, 25. Februar 1733. Epist. I, 178: „Proprius et aliorum morbus me ad Te saepius scribere conantem impedivit.“

4) Gesner an Haller, 25. Februar 1733. Epist. I, 178 f.: „Ecce tandem delineationem Diaphragmatis a Dno. Füßlino concinnatam, quam ad normam tuam concinnavi, postquam Diaphragmatis inspiciendi copiam in porcello ipsi feceram. . . . Nuper sectionem Epileptici administrare licuit, . . . Concessit Cl. Scheuchzerus diaphragmatis inspiciendi copiam, sed Directores Nosocomii prohibuerunt.“

plaria integra habes dissertationis, unum Scheuchzero cum exemplare Saxifragiae Androsaces habitu, tria Tibi. Lochmannum ut operam adceleret impelle. Literulas chalcographus Te praesente disponat.

Nuper Scheuchzerus ad me literas dedit humanissimas ¹⁾ „Se nunc botanicen mihi juniori tradere“ subjicit. Responsorias has trade. Doleo invidiam hujus viri tibi fraudi esse, sed omnia melius. Nihil novi. Stehelinus de machina scripsit aeris in elevando succo plantarum efficaciam demonstrante. D. Nicolai mortuus est Argentorati ²⁾, idem putant imminere fatum Miegio ³⁾. Vale et animos recipe, Tu enim si studium naturae deseras, nemo in Helvetia aliquid proficiet, meque ipsum spes meae distituent, quas non vanas de promovenda historia plantarum Helveticarum conceperam. Bernae et Musaeo die Martii secundo.

Pila in vaccae ventriculo reperta dono mihi data est. Ex meris pilis minutissimis compacta, crusta lucente quasi vernice obducta est.

Modo subvenit ⁴⁾, utramque alam tendinis diaphragmatis concavam pictam esse versus abdomen, cum convexa esse deberet. Monendum de mutanda umbra.

Vale. Dedi febricitans die 5 Mart.

31.

(30).

Amice quod de meo tractatulo sentis gratum est ⁵⁾. Pudet tamen collectaneorum ⁶⁾, quae errores passim typographici defoedant. Scheuchzerus multa molitur, opto, ut saltem aliquid perficiatur ⁷⁾. In figura mea id volui mutatum et ob morbum minus dilucide mentem explicui ⁸⁾: in utraque ala tendinis diaphragmatis umbram

1) Epist. I, 177.

2) Heinrich Albert Nicolai (1701—1733), seit 1731 Professor der Anatomie und Chirurgie in Straßburg. Gurlt-Hirsch IV, 366.

3) Er starb am 7. März 1733. S. bei Burckhardt.

4) Auf einem aufgeklebten Zettel.

5) Gesner an Haller, 9. März 1733. Epist. I, 179: „In tractatu tuo utrum stupendam, quam ubique prae se fert, eruditionem multiplicemque lectionem, utrum ad naturae normam examussitatam descriptionem partis, quae ob varios flexus describi fere negat, magis admirarer, multum dubitavi; saltem est mihi, et ut spero, omnibus, qui similia tractare amant, exemplum *auspicius* in anatomicis; ex quo non obscure conjeci, similem Tibi caeteras anatomes et medicinae partes scriptis tuis et adversariis inserendi rationem esse.“

6) Die Schrift wurde wieder abgedruckt in den opuscula anatomica, Göttingae 1751 und in den opera anatomica minora, Lausannae 1762.

7) S. Epist. I, 180, wo Gesner von Scheuchzers Arbeiten und Plänen schreibt.

8) S. Gesner, Epist. cit. „quae vero in schedula de convexitate versus abdomen subjunxeras, cum non recte intelligebam, temere mutare ausus non sum.“

ita esse dispositam, ut septum videatur convexum versus abdomen, cum tamen concavum esse debeat, idque factum, quod fibrae ex carnea substantia in tendineam decurrentes umbra tinctiori comitatae sint. Botanicen quod oderis, vix fero¹⁾. Plurimum enim notitia plantarum nostrarum a Te expectat. Tenta, certus sum, nec Tuam rem familiarem damnum inde passuram esse, nec praxin. Omni septimana unica excursio Tibi sufficit et alpester iter unicum quotannis, recensio duas horas quotidie. Hoc paucio tempore quae es industria, diligentia inimitabili ad summum pervenies. Ego certe lectionibus licet renunciaverim, praxi etiam distineor, conor tamen et centiens repeto, multo majori labore quidem quam Tu, cum omnem plantarum notitiam ex me ipso habeam, nec ita a juvene plantis sim innutritus. Fortunas nostras gubernat Providentia, bonorum semper amica; ea id subito inveniet, quod Tibi sufficiat. Uxoratus ego etiamque pater familias et minime dives plane me in eas spes dimitto, et ne uno momento dubito, quin necessarium sponte mihi adfuturum sit. Musicam quod ames, valde probo, mentem enim delectat, a curis avocat, solatur. Modulis Tuis ut adcommodem versus, vix adducor²⁾. Modo absolvi ingens Poema de Ortu Mali physici et moralis, quod nunc Staehelinus habet. A labore inutili nunc requiesco, cumque nonnisi nox tempus ad has delicias subpeditet, oculique doleant ex gravissimo capitis dolore quem passus sum, nova quietis ratio adest. Poterit tamen fieri, ut aliquid de quiete animi philosophica mediter. Lipsienses ne nugas meas inprimant, caveant sibi; pauca supersunt exemplaria, his divenditis auctius et correctius prodibit opusculum.

Nova quaedam habeo. Bruckmanni Ocymastrum flore pleno aere incisum cum coloribus³⁾. Dissertationes quasdam Lipsienses,

1) Gesner an Haller, 9. März 1733. Epist. I, 180 f.: „Aegre enim cum Botanicis non ago de rebus Botanicis; tamen vix ad idem studium adducor, ex quo mentem hominum nostrorum habeo perspectam: nam quis artem, quae nonnisi magno pecuniae et temporis dispendio perficitur, excolere in patria, ubi vel unius hominis autoritas tantum valet, alterius fortunae officere, nonnisi ab homine fieri puto, qui rei familiaris nullam prorsus habet rationem: haec vero poscit ut praxi diligentiori opera vacem. . .“

2) Gesner an Haller, 9. März 1733. Epist. I, 181: „Relaxando vero animi causa, et ut taedium fugam, jam Musices elementa addisco Quantum vero vellem, ut poema aliquod Tibi restaret in scriniis tuis, ad cuius ductum ipsi liceret sonos jungere. Non quod Tibi divina poesi tua ad cantilenas inanes abuti velle videri debeam sed sonis forte non indignis carmine elegantiori instrueret. Ignosce vero haec homini Musicae jam dedito.“

3) F. E. Bruckmann, Ocymastrum flore viridi pleno. Guelpherbytt. 1732. folio. BB II, 162.

Halenses, et Schulzi programma de artibus mutis¹⁾. Mineras etiam plerorumque metallorum Haenelius misit, qui Schneebergae foduntur. Miegius ad plures abiit, ut et Boeclerus²⁾. Schollius a me lapides aliquos figuratos petiit, nullos habeo; petit vero etiam vulgarissimos; aliquid si Tibi supersit, mone. Iter adgressurus est. Proxime de botanicis, muscis vel aliis plantis quaedam ad Te dabo, ubi conciliatus erit Florae animus Tuus. Nunc vale et me ama.
Bernae die 18 mart. 1733.

32.

(31).

Rite adcepi ego exemplaria tabulae meae, et qua ratione erga tot officia, quibus me demereris gratus esse queam, omni occasione dispiciam. Grates etiam ago Dno Bodmer pro promptissimo quo meas res ornat animo. Miltoni opus³⁾ nonnisi gratissimum esse poterit, et proprio et donatoris merito. Clauderi schedula⁴⁾ ita scripta est, ut vix eam legere sustineam. Respondeo ad tantas laudes nihil, nisi ducenta et ultra loca me correcturum esse in proxima editione, adeo parum eo opusculo mihi satisfactum est. Oden de quiete animi eis modulis distinguam, ut musicen admittat, ita vero tractabo, ut animi quo Te observo documento esse queat, si qui illam legent posteris⁵⁾. Qui enim Gillerum cecini⁶⁾, Te cur taceam? Scholli lapides ad eum dato sine alio medio, quales vero desideret, nescit ipse. Plantis si reconciliaris, erit gratissimum. Firmo animo concepi spem concinnandi historiam plantarum patriae nostrae, ea omnis a Te pendet. Nimis dolerem, si solum quod ambio his in terris intercideret. Ex Jungermanniis et Muscoidibus vix me eruo, copia, similitudo me confundunt; Alpinas si addidero, nes-

1) J. Heinrich Schultze, De artibus mutis ad illustrandum Virgilium, Aen. XII. v. 397. Hallae 1732. 4.

2) Johann Boecler, promovierte 1705 in Straßburg, 1708 Professor der Medicin daselbst, von 1719 an Professor der Chemie und Botanik, starb 1733. Gurlt-Hirsch I, 500.

3) Milton, Verlust des Paradieses, übersetzt von J. J. Bodmer 2 Theile, 8, Zürich, Rordorf, 1732.

4) Gesner an Haller, 24. März 1733. Epist. I, 185: „addo epistulam a D. Claudero ad ipsum (Bodmerum) scriptam, quae Te et opusculum tuum attinent.“

5) O könnt ich mit dem starken Geist,
Den noch die Welt am Maro preist,
Ein ewig Lied zur Nachwelt schreiben:
So solltest du und Stähelin
Bis zu den letzten Enkeln hin
Ein Muster wahrer Freunde bleiben!

An Herrn D. Gesner. Hirzel II, 114 f.

6) „Über die Ehre“ Hirzel II, 9 ff.

cio quid futurum sit. In Umbelliferis labor etiam fuit prolixus, et quod mireris, in Ranunculis vulgatissimis, qui adeo varie tractantur, separantur, conjunguntur, ut conciliare scriptores vix posse videor.

Huberus pro gradu et pro cathedra disputabit¹⁾. Miror certe, quis successurus sit Dno Koenig²⁾; praeter Staehelinum, certe meri adsunt discipuli. Boecleri et Nicolai morte Academia Argentoratensis medicis fere viduata est. Christianus noster ad Marescallum d'Etrées³⁾ proficiscitur, ibi Eirinii sycophantae arcanum ad longaevitatem elaboraturus. D. Chaillet cum nobili Dachselhoffer in magno opere versatur in vicinia mea. Tincturam se jam adeptos putaverant, sed aurum ex cupella delapsum est in cineris. Auri multa cupido, scientiae parum.

Satyram in mea opuscula Tibi conquiram, si fieri poterit, nimis enim erga meas res sum frigidus, quam ut movear criticorum ferula. Poesi certe me eminere nec spero nec opto, nec convenit vitae generi.

Ultimas praeteriti anni plagulas commercii diu expectavi jam, dolendum adeo tarde omnia ad nos pervenire, cum gratia earum rerum in novitate sit ex parte majori.

An scripsi de Doct. Garcin⁴⁾ qui Indias peragravit? Homo est satis modestus et minime Gallulus. Refert Musam, Ananas aliasque similes plantas ad Liliaceas, quod jam subodoraverat Vailant. Nunc Neocomi res suas exornat. Illuxit denuo aliqua spes de moliendo theatro, sed jam ex taedio et variis laboribus sum factus frigidior, omnemque meum amorem plantis dedi.

Tu vero vale, Scheuchzerum et Bodmerum multum saluta. Dissertationem meam cum aliis forte rebus adcipis proxime. Die 28. Marti 1733.

Femina 30 annorum clavo hysterico laborat, frigore nempe in vertice mobili, locumque pro capitis situ mutante, adcusat vomitum imprudenter motum pro causa prima. Habitus corporis flaccidus, lachrymae multae etc. Credit aquam effusam sub cranio, petit trepanum, suasi irrorationem aqua sale volatili impregnata. Re-

1) Promovierte 1733 in Basel.

2) Emanuel König II, bisher Professor der Anatomie und Botanik, übernahm nach Miegs Tod den theoretischen Lehrstuhl. An seine Stelle kam Daniel Bernoulli. S. bei Burckhardt.

3) Victor-Marie Maréchal et duc d'Etrées (1660—1737), Nouv. Biogr. Gén. 26, 579 ff.

4) S. BB II, 223.

liqua, cucuphae, purgantia, vesicatoria in vanum tentata. Tu quid de ea sentias, mone.

33.

(32).

Gratissimas Tuas tardius meis conpenso. Id effecit rerum quas Tibi nunciarem sterilitas. In tractatu meo si fuit quod Tibi placuerit, tuto loco commissum et oculos perspicacium laturum abortivum hunc partum spero. Temere excussit hunc rerum nexus, alia in materiis anatomicis exspectabo, dum propriis repetitisque observationibus adsit opportunitas. Scheuchzerus notavit¹⁾: „quod practicis adplicationibus careat“, „quod vires musculorum ad calculum non sint revocatae“. Cernis viri animum, qui Ottomanicorum Caesarum instar se solum principem vult. In me innoxia est haec animi dispositio, Tibi quod noceat doleo; transsilit de opere in opus vester polyhistor, seque ostendit nec pluribus inparem. Modicum admodum est quod sculptor exigit, pudet quod nunc nummi ad manus non sint, videtur me in aere Tuo perpetuo haesurum, et minus fero moleste, ut qui tot aliis in rebus Tibi sim obstrictus. Celeberrimo Bodmero gratias ago plurimas, qui et mihi videtur favore ultra meritum et fratri certe lucri ingentis causa fuit sua commendatione amicique in inpedienda imitatione editionis sedulitate. Novam Tuo admisso nomine forte hoc anno prodibit commendatior. Nec ego plantas reperio notatu dignas. Mihi quidem Ranunculus Polyanthemus simplex a pratensi erecto acri nihil differre videtur, erectus dulcis, nisi sit ille auricomus, non ens esse. Tuam sententiam discere hac de re cupio.

Umbelliferis me fere exsolvi. Planta superest adfinis Silao, diversa flore albo et corollis foliosis, umbellis substratis. An Phellandrium? Schollius gratissime laudavit Tua et munera et literas humanissimas. Lapides ibunt Parisios cum Staehelianis. Nunc avet scire, quid Tibi gratum per iter quod suscipiet praestare posset. Si libro aliquo raro cares invitus, mone, et lubentissime eum conquirit. Parisiis enim Tua mandata exsequetur. Schulthess²⁾ si Tibi Acta Norica reddiderit, gratum erit per Te adcipere

1) Brief vom 29. März 1733. Epist. I, 186 f.

2) Es ist unsicher, welcher Schulthess gemeint ist. Es kann sich aber nur um Heinrich Schulthess zur Limmatburg (1707—1782) oder um seinen Bruder Hans Konrad Schulthess im Thalgarten (1714—1791) handeln, die als Seidenindustrielle lebhaft Beziehungen zum Ausland hatten und daher leicht Bücher vermitteln konnten. Außerdem hatte Heinrich Schulthess sehr viel Interesse für Physik und Landwirtschaft, was ihn Gesner nahebrachte. S. Hans Schulthess, Die Familie Schulthess von Zürich. Zürich 1908. S. 52/53, 60/61.

et commodius. D. Garcin plantarum nostratium non adeo peritus est, homo caeterum minime vanus. Schreiberum mittam, quamprimum quae destino comparata erunt. Aegra ex clavo trepanum urget adhuc, repulsam tulit a collegio medico, nunc suo periculo tentabit. Hac aestate cum spes Te possidendi nulla sit reliqua, per octiduum in arce Frutingen morabor, Nessum, Gemmum, Montes Vallis Adelboden minori molestia inde perquisiturus. Musci mei satis increverunt, *Jungermanniae* item et *Hepaticae*, caeterae plantae languent, et *Segetales* etiam rariores sunt, cum circa urbem nostram diligentissime sarculo exstirpent quae inter frumenta nascuntur. *Myosuros* hic nullus est, nec *Scandia*, nec alia obvia alibi. *Virginem glandulas nigras Verheyeni*¹⁾ exspuentem, magno muliercularum terrore, cum optima spe curae meae commissam habeo. *Diarrhoeae* valde frequentes, sed utiles. *Anginae* fuerunt copiosissima<e> et *pleuritides*, sed bona cum methodo faciles. Habemus hic *Grovarum Italum*, qui se nobili loco *Genuae* natum dicit, qui per *Arabiam* iter fecit, cujus nunc plurima fama est inter feminas primarias. Plantas fere earumque recentes succos amat, chemica nulla. Insignis videtur *Ardelio*. *Baro Siberg*, alchemistam, clanculum per aliquot dies hic commoratus est, sed credulos non invenit eique, ne aliquem deluderet, publice interdictum. Dum haec scribo, nascitur occasio, incerta tamen, *Aroviam* eundi, inde ad diem unum vel alterum *Tigurum* me eripiam, vel saltem *Badae* Te conveniam. Utinam desideratissima ea dies mihi contingat, qui a *Musis* earumque fautoribus semotus, invita patria, invitis omnibus, adhaureo utcunque studiis. Pro *Haenelio* meo sepono, quaeso, aliqua mineralia, iis mea jungam. Tu Tua sub nundinas mittes forum *Tiberii*. Casu in manus venit *Corallina* quaedam *Indica*, hanc Tibi servo. Vale et, ut facis, me ama. Bernae die 4 Maji 1733.

34.

(33).

Rite redditae sunt Tuae gratissimae cum schedis *Commercii literarii*, sed eas mihi heri dedit *Gottschallus*, sic ut duplices habeam. Rem expedire cum *Schulthessio*, cui alterutrum exemplar reddam. In utroque titulus, et indicis plagulae quae sequuntur *LIII* deficient, quos ut adiciam, curet, si placet, nec enim opere fere nisi ligato prius uti licet. Vidisti additas tabulas, miratus autem sum, nihil adhuc *Tuarum rerum* adjectum. Adeone Te fama

1) Bronchialdrüsen. S. Verheyen, *Corporis humani Anatomia*, Lipsiae 1705, S. 271 ff.

taedet, quam facillime his interpretibus consequi posses? Vel cum Albino nomen Tuum vis domesticum, donec magno aliquo opere eluceat?

De itinere Tigurino nihil adhuc certi habeo; pendet enim a circumstantiis, de quibus 22 hujus certior fieri debueram. Nihil autem ulterius percepi. Scheuchzero hasce redde, nec enim possum quin colam hominem magnae famae, et qui si non juvare, certe laedere potest. De ejus animo Tecum sentio; nunquam enim ferre poterit ea aetate aliquem secum comparari; hinc ne in eo gradu constituaris, unde merita Tua notiora fiant, adnitetur sedulo. Mea quod culpet, parum curo, merentur partim, cur vero irascar verum dicenti, partim non merentur, et ex ea parte non timeo iudices. Phellandrii certe caractere est mea Silao adfinis, sed folia ab omnibus figuris longe recedunt, estque mea tantum pedalis planta, licet in paludosis nata. Possit species nova esse ejus generis. In Hieraciorum gente et adfinibus mira confusio. Multa praestitit Vaillantius, sed notas manifestas distinguendis generibus aptas minus dilucide proposuit, ut eas quibus Hieracioides differt ab Hieracio tum ambiguitates Bauhinorum minime omnes sustulit. Haenelio proximo autumno poteris quaedam mittere; mihi remitte omnia, Tuo nomine curabo ut decet. Nuper ad Schreiberum scripsi, denuo res Tuas commendavi, semper enim vel vocatio quam declinabis erit honorifica. Bocconi opus*) proxima hyeme a Te exorabo, maximi usus futurum; nunc conquirendis plantis potius quam examinandis vaco. Si Gesnerianum de Lunariis¹⁾ opus veteris editionis gratum est, habeo superfluum, et Tuum erit, ubi monueris. An Tibi legitima videtur confusio illa plantarum multilocularium cum multivalvibus? Mihi videtur saltem monendum esse, non loculis sed valvis semina contineri. Pinguicula monoangia bivalvis est, sic Orobanche. Viola Monoangia trivalvis, sic et Helianthemum. Non deberent me iudice hae res confundi. Optarem etiam, ut de seminum vasculositate et nuditate magis consentirent scriptores, easdem enim plantas creberrime hic inter Gymnospermas, ibi inter Angiospermas locatas reperies; confer Hebenstreitium et Rivianos alios cum Boerhaavio. Miltoni traductio fida magis est quam Gallica, et praeceptorum exprimit fontes, habet certe uti et mea poemata suam Patavinam, dialecti nempe Helveticae Idiotismos,

*) Museo di Fisica habeo, sed plantis rarioribus, Oxon. 1674, careo.

1) Conrad Gesner, De raris et admirandis herbis noctu lucentibus, quae lunariae nominantur. Descriptio M. Fracti, Tiguri 1555. 4. BB I, 239.

quos, ut sumus homines, in alienis longe acutius persentiscimus quam in propriis operibus. Placuit admodum Cl. Bodmeri de rebus poeticis criticus libellus anonymus¹⁾, quem aliquando legi. Eam plagulam der Leipziger Zeitung, ubi recensentur mea poemata, mitte. Proximo cum tabellario (eum ut me adeat mone) mittam reculas meas cum plantis quibusdam ambiguis, si quidem eas in eo mari plantarum cui innato detegere potero. Vale; mihi fave. Bernae die 24 maj. 1733.

Si Bocconi opus a Scheuchzero potes habere mutuum Tuum, quam primum fieri poterit, oro communices.

35.

(34).

Recte Tuas per viros juvenes vestrates adcepi, inter quos longe mihi maxime placuit D. Ott, in quo aliquam Tui imaginem videre visus sum. Parum iis potui prodesse, pauca enim hic sunt quae eruditos oculos adtrahant. Bocconi opus avidissime adcepi, undique curaturus ut et ipse hunc thesaurum meum faciam, quo difficulter careo, licet satis confuse et antiquorum more plantas consignaverit, saepe etiam videatur ex varietatibus novas species constituere.

Reddo schedas Commercii, junxi Gesnerum de Lunariis et speciem istam plantae marinae, Schreiberique de motu theses. Quod nihil habeas publicae luci committendum, id quidem alii credant, qui Te minus norunt. Tot enim jam annos in botanicis consumisti, et tale est praeterea ingenium Tuum, ut quin optimas eo in genere observationes copiose feceris vix persuadeam. Vulgata docendi labor est ingratus²⁾, habet tamen facilitas in theorematis geometricis suam in superioribus commoditatem. Verum praestaret multo rebus tantum adtentionem merentibus conversari. Micheli opus adcepi Florentia, nunc pronuncia, an Tuo carere velis. Si enim volueris, tum quod adcepi tradam D. Koenig, sin nolueris, servabo quod adcepi. Novum opus non adest. Dabunt aliquando sereniora fata, ut plura Tecum de rebus nostris conversari liceat, nunc quam captabam occasio evanuit.

Quae de rebus botanicis addis, altius sapiunt et adtentionem

1) Der erste Abschnitt der „Kritischen Dichtkunst“ war 1727, die „Anklage des verderbten Geschmacks“ 1727 erschienen, beide anonym. Vetter, S. 49.

2) Gesner an Haller, 4. Juni 1733. Epist. I, 196: „... ad ea docenda cogor, quae nonnisi trivialia sunt, et per quae altiora vix attinguntur; neque enim vel unicum habeo inter complures discipulos, qui Algebram, Botanicen, Anatomen etc. audire non recuset; vulgarissimis tantum inhiant et deproperando res ingurgitare cupiunt, quae nonnisi attenta reflexione addiscuntur.“

merentur¹⁾. Certum mihi est, male Gymnopolyspermas tanta distantia separari a Multisiliquis in methodo Boerhaviana, nec adeo videntur differre Ranunculi a Paeonia, nisi quod illis unicum semen sit in una silicula, his plura. Adde nunc quod multae arbores jungantur Papilionaceis, quae ex methodo quam adoptatur pertinent ad reliquas arbores etc. Anomalias etiam quas ex Rajo expunxit hac in classe plurimas adcumulat, et sine necessitate fere. Cichoraceis me expedio. Vaillantio plurimum usus ob adcuratam quam habet synonymorum plantarumque convenientium et diversarum criticem, tum ob characteres, licet saepe eorum distinctionem satis non capiam. Persequar eo uti in reliquis flosculosis et radiatis. Nimium vero displicent quae in Boerhaavio habentur Pseudoradiatae, Bidens, Xeranthemum etc. Alpes ante medium Julium mensem adeo, et quidem Nessium, Vallesiae partem et M. Sanetsch; spero non sine fructu fore, et plantas Vallesiacas majori otio scrutari licebit. Si aliquas habes quaestiones ibi resolvendas, aut plantas subplendas, moneas velim.

Nova non habeo. Vale. Die 17. Jun. 1733.

36.

(35).

Nunquam lubentius literas evolvi quam quae felicissimum rerum Tuarum sucessionem edocuerunt²⁾. Non vane saepe praedixi tanta merita non perpetuo sine praemio fore, nunquam dubitavi quin id aliquanto fieret quod nunc factum est. Gratulor ergo Tibi de adcepto munere, gratulor mihi, qui Te nunc totum literis redditum, curis solutum, et ibi constitutum video, unde pluribus luceas. Diu ut praeesse studiis vestris, diu gaudere exoptatissimo statu ut possis, opto enixissime. Id unum doleo, quod Te Tiguro nunc artius nexum nostris in oris videndi spem fere deponam.

Michellii opus, cum tibi videatur commodius, servabo meumque dabo Koenigio, ex-botanico quidem, sed cui id exempla destinaveram

1) Epist. I, 197 f.

2) Gesner an Haller, 24. Juni 1733. Epist. I, 198: „Praeterita Lunae die inter 3 et 4 noctis horam maximo suorum et civium et amicorum luctu obiit Cel. noster Schenchzerus, postquam per quatuordecim dies febris decubuit continua remittente. Vacat ab obitu ejus Professio physica et locus Canonici, cum Professione mathematica; priora nunc ambit frater ejus Johannes Medicus praeter morem legum nostrarum; sunt tamen plures qui ejus partes tuentur: pro mathematica cathedra melior spes mihi quam olim apparet: me ergo jam conquirendis amicis ac fautoribus occupatum facile conjicis. Nolui vero haec te ignorare.“

27. Juni, Epist. I, 199: „... in me delata est Professio ordinaria mathematica. ... Heri munus docendae matheseos publicum jam aggressus sum. . . Caeterum amorem studiosorum erga me non satis laudare possum.“

quod Liburno adcersi. Alterum opus non perfectum est; ubi perfectum erit, mihi mittetur. An oblitus es novellarum literarum Germanicarum¹⁾? Obsecro mitte. Wolfi tomus II²⁾ adlatus est, parum acutus. Hortum Elthamensem, si Europaeas plantas continet, curabo mihi adferri. An apud vos habentur Magnoli³⁾ opera? petit ea Haenelius. Schulthessio nuncia precor, me inmediate aut per Te commercia literaria adcepturum, cum Gottschallo rei mihi nihil esse. Die 10 Julii proficiscor per Nessum in Valesiam, per M. Sanetsch et Stokhorn rediturus. Plantarum Valesiacarum catalogum si mittere volueris, curabo ut Tibi eas decerpam quae rariores sunt. In Valesia lento itinere progredi constitui, quod ipsa vallis pulchris plantis abundat. Notane sunt Tibi duo Rha-ponticoidea Vaill., aliud foliis amplis succulentis mollibus, tricubitali flore parvo purpureo, aliud foliis dentatis crassis robustis, utrumque Grindelianum?

En quae Tibi destinaveram, perfecta sunt. Priusquam laetissimum nuncium Tuae promotionis adciperem, laboravi vero quadriduo ex oculis.

Vale et fave semper Tuo. Bernae die 1. Jul. 1733.

37.

(36).

Ultimis Tuis adceptis ad iter Alpinum statim sum digressus, nec Schreiberianas meis comitari potui, interclusus variis ad iter necessariis comparandis. In poematio meo⁴⁾, quod non satis voto fluxit, lege durchstrahlet, et „der Silber weder schafft noch zahlet“. Graecus ille an Πεγυς Fluss est Alexander M<agnus>. Orationem Tuam inauguralem⁵⁾, quando typis exscripta erit, mihi transmittas precor. Iter ut feliciter eveniat precor⁶⁾. Meum satis fuit foecundum, maxime in Valesia, ubi multas plantas rarissimas, multas etiam vulgares alibi, sed in nostra regione non reperiundas reperi.

1) S. Brief 34 (33).

2) Wahrscheinlich die Elementa Matheseos universae T. II. Halae Magdeburgicae 1733.

3) Pierre Magnol (1638—1715), französischer Botaniker, 1694 Professor in Montpellier. Nouv. Biogr. Gén. 31, 724. BB I, 631 f.

4) Das Gedicht „An Herrn D. Gesner“, das Haller mit dem letzten Brief geschickt hatte. Zu den Varianten s. Hirzel II, 324; Vetter S. 44.

5) Von dem Nutzen der Mathematik für die christliche Religion, die Wissenschaften und die Bequemlichkeiten des Lebens. Wolf, I, 292.

6) Gesner an Haller, 6. Juli 1733. Epist. I, 200 f.: „est tamen animus ad Botanicon redire feriis canicularibus et cum Scherbio ... per octiduum montes proximos Suitensium adire ...“.

Pedicularum illam vel Euphrasiam non vidi, comitem enim nullus viam „die Leiter“ dictam peragrarare ausus est. Plures certe supra Leucam plantas reperi loco arenoso et valde sicco, plurimas Seduni sub arcibus, ut Sedi plures species, Asplenium, Allium capitatum, Empetrum etc. Cytisum Alpinum in montibus Sanensibus vidi, cum Dentaria pentaphylla, Lithospermo caeruleo officinali affini etc. Plantas vero nec siccavi satis nec recensui. Nessus mons apprime spes meas fefellit, Aretianarum¹⁾ plantarum vix ullam vidi, petram etiam „Zum wilden Andreas“ non vidi nec fontem, omnia mutata videntur, prolapso forte cacumine per praecipitium quod Septentrionem respicit. Otium tamen non defuit et in casa Alpina pernoctavi. In Gemmio desideravi Orchidem et Rapunculum folio grammineo, hunc vero spero anno proximo me reperturum in Jugo monte, eum enim cum Gothardo adire animus est, utinam Te comitem habere daretur, eadem lege quam anno 1732 sanxeramus, ut iter per montes Joch, Surenen per Altorfinam Vallem, per Gothardi et Furca Juga per Grimsulam et glaciales montes Bernam iret. In plantis agri Bernensis tandem detexi Hypopitum observationibus Dillenianis addendum, quod non summus flos sit decapetalos, sed varii sine ordine et decapetali et quinqucapsulares reperiantur. In Commentariis Instituti Bononiensis plurima habentur medica, et inter alia Scheuchzeri tractatus de nostalgia, maxime certe chimaericus. Nuper juvenis Scaphusinus hic Bernae laboravit eo malo, et reditu in patriam sanatus est. Verum Scheuchzerus deducit nostalgiam a raritate aeris Helvetici, qui internus delatus intra pectus nostrum in atmosphaeras graviores regionum depressiorum obprimatur nec resistere valet, atqui Berna est altior Scaphusia, aerque levior. Elthamensem hortum mihi procurat Staehelelinus. Burggravii lexicon habetur, sed non perfectum, constat vero tomus I. quantum novi tandem 2 fl., penitus tamen inquiram. Videntur vestri 4 flor. petere, quia simul subscriptionem in tomum futurum adnumerant. Plantas si mihi seposueris, adde Centauria Tua majora. Subtilis certe est eorum a Cirsiiis differentia, nempe in squamis latioribus calicis. Hermannii mors tristis est, literis sublimioribus nuncius. Ex itinere vellem addere quaedam. In pago Beviex mutata est ratio sal conficiendi, destillat nunc aqua per spinas, quae per stramen destillaverat, spinis terra adhaeret insulsa. Aquilae nunc magna constructa est machina, ubi una rota centum cochlearia maxima agit, quae omnia aquam infundunt

1) Der Berner Theologe Benedikt Aretius gab in Straßburg 1561 eine „Stokhornii et Nessi stirpium brevis descriptio“ heraus BB I, 330.

spinis, et ubi destillavit, infundunt denuo, sic debilissima aqua sulfurea satis utiliter in sal excoquitur¹⁾. Croci hortos in Valesia vidi, jam frequenter notatos. Aquas Valesiacas alcalinas esse nunc manifestissime conperis. Venti in Sanensi valle tantus est aliquando inpetus, ut a fide dignis relatum sit, casam Alpinam cum pluribus bobus ovibusque loco motam et translatam fuisse, et evenire, ubi angustae vallis concurrunt. Pagum praeterimus Leysin, quem dicunt totius Europae altissimum, eo certe ab Aquilegia 5 horis satis rapide adscenditur, est vero pagus parochialis elegans. Sanensis vallis et vicina loca pulcherrimis pascuis abundant, montes praealti sola fere terra foecundissima sine rupibus adgeruntur, ibi fiunt casei celebres et carnes pecorum exoptatissimae, plurima ibi Arnica. Sed crescit epistola in nimium. Vale et mihi fave. Bernae die 26 Jul. 1733.

Missa est Lugduno Oratio Adr. van Royen botanica metrica de amoribus plantarum²⁾ etc. Circa Bex plurimi figurati lapides. Cornu Ammonis ingentissimum vidi in muro. Plures lapides exspecto a D. Martin ibi lectos.

38.

(37).

Magnae sunt causae cur tam promptus iterum adsim. Sed prius ad Tuas respondebo. Plantas Pilatianas nunquam vidi, uti nec videram Ephedram, Asplenium, Punicas, sponte nascentes. Sic nunquam frustra laboramus, semper major e conatibus crescit voluptas et studiorum amor. Paradoxa sunt quae a Cappelerio nuncias³⁾. Abietes non succrescere difficile creditur. Aerem respirationi faciliorem esse in summis jugis saepe sum expertus, fit id vero ob frigus et differentiam a priori laboriosa respiratione sub adscensu. Audiveram Scheuchzerum substituto Hirzelio Tigurum properare. Novum onus in Te devolutum non placet, eo minus Te frui licebit⁴⁾. Hortum Elthamensem exspecto. Muscis me longe es ditior. Conabor tamen hac hyeme Buxbaumiam Tibi conquirere,

1) S. Haller, Kurzer Auszug einer Beschreibung der Salzwerke in dem Amte Aelen. Bern 1765. S. 61 ff.

2) Carmen de plantarum amoribus et connubiis. Leidae 1732. 4. BB II, 225.

3) Gesner an Haller, 20. August 1733. Epist. I, 204: „D. Cappeler, Medicus Lucernensis, qui alter Scheuchzerus, ostendit descriptionem Montis Fracti, in qua plures affert observationes raras, si quidem verae sint: v. gr. in silvis Montis Fracti nullas abietes novas succrescere; respirationem in summitate ob effluvia huc non adscendentia esse liberiores simul et citiores, et quae hujus generis sunt alia.

4) Solange J. Scheuchzer in Baden weilte, mußte Gesner auch die Physik-professur übernehmen. S. Epist. I, 204.

quae unico nobis loco nascitur. De peritonaeo publice redditum scriptum Heisteri¹⁾ lubens percepi. Haenelianas res sub nundinas Tiberiacas poteris mittere D. Göschel, mercatori Schneebergensi, vel etiam Haenelio mercatori Scaphusino apud Murbachium habitanti, nundinis Scaphusinis literas mittam addendas, nunc non vacat. Erfordiensia herbaria feliciter expriment folia, flores non item, sed sufficit. Burggravii opus adhuc mancum est. Constat 2 fl., praenumeratio altera 5 fl., aliquid pro posterioro solvetur. Si placet Tibi, emam Bocconi opus, omnino mihi mittat D. Ott.; nummos reddam cum aliis quos jam diu mihi commendasti. Carerene potes Riolani Enchiridio²⁾? Meum vellem. Offero Oldenburgi Acta Anglica³⁾, pretio modico poterunt compensari. Iter Alpinum avidius exspecto, multa ab itinere, plura a Te bona exspectans. Aurem vellica Schulthessio de plagulis Com. Lit. anni praeteriti, et novi quae desunt. In A. R. P. 1729 dedit D. Sennac iconem diaphragmatis quae plane Winslowiana est⁴⁾. Parum caeterum boni habent, in botanicis longe minimum, et valde certe languet id studium a morte Vaillanti. Duas plantas Alpinas habeo quas puto novas: Veronicam fruticosam pedalem, folio viridi glabro serrato, flore rubello, venoso; Sempervirentem Ponae non vidi, ab eo differre videtur, quod careat lanugine, flore non sit caeruleo, folia habeat strictiora minus serrata. Alia est species puto Saxifragiae, olim pro Saxifraga muscosa folio trifido misisti Schreibero, verum differt, folia habet integra, dura, viridia, cauliculos florales, monanthous trilineares, florem, quem semper sine petalis vidi, exiguum, rupibus Gemmi adhaeret. Nova est, nisi sit Sedum Alpinum exiguis foliis Col. Saxifraga mea habitu Androsaces non est Sedum Alp. III. Col. namque illud cum tridactylite conjungit Scheuchzer, ab eo meum longe differt. Veronicas spiratas habetisne apud vos? non minorem, quam habemus circa Method, sed latifoliam et angustifoliam; mira est in Veronicis confusio. Plantula pro Veronica Acini folio Dill. habenda mihi omnino videtur Serpyllifoliae varietas macilentior, ideo forte omissa in nova editione synopseos.

1) Die lateinische Übersetzung von James Douglass, A Description of the peritonaeum and of that part of the membrana cellulosa which lies on its outside, with an account of the true situation of all the abdominal viscera, Helmst. 1732, durch Elias Friedrich Heister, dem Sohne von Lorenz Heister. BA II, 32.

2) Jean Riolan (der Jüngere), Enchiridion anatomicum et pathologicum. Paris 1648. 12. u. a. BA I, 304.

3) Die Philosophical Transactions, deren erster Herausgeber Heinrich Oldenburg war.

4) In Mémoires de l'Académie des Sciences 1729.

O si Te haberem mecum! Innumera suggererem dubia, quae nemo resolvit et me angunt, multas certe gratas medicasque noctes viveremus.

Nunc ad Dippelium, cujus gratia hasce addo Bodmero tradendas¹⁾. Prodiit hic, sed m<anu> scriptum, carmen quoddam Lupichii V. D. M. ad Baerium, alium V. D. M., qui concione publice edita, internae vocis s. spiritus efficaciam refutaverat. Eo in carmine tangebatur noster professor Koenig, Dippelius et alii. Crassa satis Minerva scriptum est, et ingenio longe diverso a meo. Hoc scriptum in manus Dippelii incidit, qui simul audiens de poematis meis, protinus conclusit, eundem esse utriusque opusculi auctorem. Edidit ergo Lupichianum Carmen cum notis, idque mihi tribuens me conviciis inpetit. Adeo innocens ejus iras experior. Rem ut se habet vellem publice enarrare v. g. in novis Lipsiensibus. Ora quaeso mecum Bodmerum, ut curet brevissimam speciem facti inseri quam subpeditabo, quamprimum adcepero Dippelii scriptum, quod jamdudum prodiit²⁾.

Semper molestus Tibi incumbo, condona, mutuum si praestare potuero, faciam promptissime. Urgeor febre biliosa pessima epidemica, quae otium omne subripit. Ego quidem recte valeo. Vale et Tu et favere, ut facis, perge.

Die 26. aug. 1733.

39.

(38).

Agnosco amicitiam Bodmeri, qui a Dippelio mihi metuit. Verum ea quae erga me effutiit, nec repetita me movebunt, mihi ne nocent. Id vero ago, ut publicum fiat scriptum sinistro omine mihi imputatum meum fuisse nunquam. Id adscriptis fieret paucis verbis, quae Bodmero trades inserenda, ubicunque id commodo fieri videbitur. In Alpinis plantis ordinandis manum remisi, cum et uxor mea diarrhoea cruenta, et ego morbo Tibi familiari, febre vesiculosa laboraverim. Veronicam novam describendam dedi sociis Commercii literarii. Ea parabunt paulatim animos ad Synopsin stirpium Helveticarum, quam unice perficere adlaboro, quae sola est in animis.

1) Der Brief ist abgedruckt bei Hirzel II, 349 f.

2) Ein gewisser Pfarrer Baer in Wohlen hatte eine Predigt gegen die Pietisten drucken lassen, die Samuel Lupich, Pfarrer am Heiligen Geist in Bern, anonym in einem Spottgedicht kommentierte, das sich ebenfalls gegen die Pietisten richtete. Dadurch fühlten einige Herrn, so Samuel König (pietistischer Theologe, damals Professor des Hebräischen und der Mathematik in Bern) und besonders Dippel sich betroffen. In der Meinung, Haller sei der Verfasser der Satire, erwiderte Dippel in gröbsten Tönen.

Haec si me deseras aliis immersus, peribit, nisi desperato ulteriori Tuo concursu forte aliquando ea quae parasti mihi communicare volueris, ut opus fiat junctis nostris nominibus edendum. Scheuchzerum Tibi placatum opto. Mirum caput dicunt et sui generis, famae tamen minus avarum putaverim. Hinc minus invidum fratre suo, de quo nunc ut mortuo nil nisi bene. Erras in pretio Burggravii, venditur unus tomus non imperiali Germanico sed 2 fl., nec mirum, sunt enim plagulae 230 cum aliquot tabulis minime malis. Mone quaeso, quis nunc vitae Tuae scopus sit futurus? Num praxin clinicam, anatomen, botanica sis deserturus? Male enim mihi metuo ab oneroso Tuo physico honore, ut penitus tandem Te a nobis avellat. Habeo libros physicos aliquos minus mihi proficuos, non vulgares, Heronem, Gilbertum de magnete. Tui erunt, si jubeas. Haenelii jussa exspecto. Sulfur vivum in salinis Bactiacis denuo majori copia parant, elegans, succineum, sed minera $\frac{80}{100}$ reddens. M. Wetterhorn deserta est ab operariis ob viae difficultatem, ut quidem mihi futurum videbatur; mons vero est non paulo altior M. Joch, undique praeruptus et lavinis maxime infamis, quales ultra triginta, dum ad radicem montis, ipse in excelso monte, transii, audiavi vidique. Num verum Fabarias aquas defuisse penitus? Puto fuisse alcalinas, sicut et Valesiacas reperiit novo examine. Adeo sum in aere Tuo, ut vix nisi novis tabulis inde me soluturum putem, amico tamen concedo et peto serici, coloris qualem in panno adjecti vides, libram. Nummos cum caeteris quando volueris habebis, sed nunquam vis, nec recipit tabellarius publicus. Vale et sericum, si commodum fuerit, mitte cum schedis deficientibus Commercii literarii. Namque nunc index perfectus est, desideratur praefatio et recensio synoptica. Fave ut soles. Bernae die 18. Sept. 1733.

Ex forma literarum quas addo vides, quasi ad amicum scriptas esse. Si nolit Bodmerus suum nomen adjungere (nam ad eum dantur), titulum conmutet, prout visum fuerit. Ego ab inpurato homine convicia malo quam laudes. Vale iterum, Bocconi memento, Riolani opus mutuo servabo, si velis, vero inter debita numerabo.

40.

(39).

Ultimas quas ad Te, Bodmerum et Schulthesium dedi, pene suspicor intercidisse, adeo omnes aequaliter sine responso fuerunt. Memini, me de serico scripsisse, nunc potes, si nihil actum est, negligere, puto enim mutatam amici sententiam. Cur hasce dediderim, ratio est, quod Göschel mercator, Haenelii concivis et amicus, proxima septimana Basileae sit commoraturus, cujus rubricam subjicio ad

finem epistolae, ut quae liberalissime parasti, ei possis transmittere. Misit Tibi nuperrime Bosii dissertationem de Calyce Tournefortiano¹⁾, et tres dissertationes Schulzianas, in quarum una adseritur, non necessariam esse deligationem funiculi umbilicalis²⁾. Quam innovationem refutat certe nuperrimus casus satis opido tristis. Nobilis puella recens nata inter curas et gaudia cognatorum negligitur et abscissus funiculus aut sine vinculo aut certe perfunctorie deligatur. Avia cum puellam gremio gestaret, percipit se madescere, inspicitur: sanguis erat puellae, quae paulo post decolor tota periit. Seduxit Cl. Schulzium exemplum brutorum, et propria observatio, qua nihil valde diversi in brutis atque hominibus invenerat, dum funiculum umbilicalem pervestigavit. Mallem elaboraret suam medicinae historiam³⁾, qui certe labor utilissimus omni fere dote se commendat. Junxit D. Haenel Heisteri filii de peritoneo tractationem Douglassianam latine redditam, notis et supplemento ineptissime ornatam, aut deformatam potius.

In botanicis pergo. *Astragalus Helveticus* Schenckz. p. 330 It. videtur nova planta esse, nihil certe commune habet cum *Astragalo Helvetico* CB., *Onobrychide* II. Clusii, speciosus est, caeteris major, in Gemmio nascitur. In Valesia hoc anno *Astragalum* etiam Pannonicum, *Onobrychidem* I. Clusii reperii; habeo jam quinque *Astragalos* Alpinos. *Althaeam* etiam fruticosam Hispanicam Clus., copiose crescentem, sed sine flore legi. *Cneorum* Matth. circa Sedunum frequens audivi, nec tamen reperii. Crescit certe cum profectibus hujus studii amor, nec aliud in vita mea fuit optatius quam si Tecum Alpes perlustrare, Tecum aut Tua aut mea collectanea evolvere possem. Paratur paullatim nova editio meorum carminum, cum tabulis aeneis satis ornata, hac absoluta valedicam Musis aut majus aliquid concipiam animo.

Tu totus immersus studiis, lectionibus, conscribendis systematibus, fallor nisi quandoque obscuritatem meam mihi invides. Ego quidem sorte mea contentus vivo, et si quam minimum adcesserit meo redditui, satis habeo. Non quod cathedram ultimum viri eruditi votum esse negem, sed habet etiam otium suam voluptatem et spem solam historiae plantarum Helveticarum, utcunque incerta videatur, ne regno mutaverim.

1) Caspar Bose, Professor in Leipzig, De calyce Tournefortii. Lipsiae 1733. BB II, 225.

2) Joh. Heinr. Schulze, Professor erst in Altdorf, dann in Halle. An umbilici deligatio in nuper natis absolute necessaria sit. Hallae 1733. 4. BC II, 111.

3) Historia medicinae a rerum initio ad annum urbis Romae 535 deducta. Lips. 1728. 4. BMP I, 100.

Nae ego Te nugis meis pulchre delecto, sed alia non subpetunt. Moneas velim, quid cum Bodmero actum sit et Dippeliano monito. Amici Dippelii nostrates monuerunt eum, falso me adcusari, sed repugnat, et certissime se nosse ait, Eristicum illud poematum meum esse. Id vero ut denegem contendo. Nolo enim a Germanis meis operibus aliena immisceri, minime omnium Polemica, qui nimis jam multos insons laesi et nescius. Plurima certe et ultra 80 linearum in duobus metaphysicis poematiis movebo, ne sim alicui scandalo; me enim capio, alii quandoque non capere videntur, v. g. theologi vestrates. Vale et mihi fave. Bernae die 24 Oct. 1733.

Exterius

An Hr. Philip Göschel und Konsort Handelsleute von
Schneeberg

in der Messe Zu Basel

Interior A Mon' M' Haenel Docteur et Practicien en Medecine
a Schneeberg

Mitte proxima septimana.

41.

(40).

Tardiores has accipis quam unquam alias. Nempe novum me detinet negotiorum genus, ambitus. Scelestissima haec nostratibus lex est, ut omnia publica munia ostiatim mendicentur. Poliatri vero dignitas, nunc ex morte D Knechtii ¹⁾ vacua, a Summo magistratu 200 virorum tribuitur, quos omnes variis machinis expugnare teneor. Vix sufficio oneri ingratiissimo. Liberrimus meus animus, nimis in publicum notus, adulari nescit, et dedignatur. Cogor tamen, ne rei familiari desim, descendere in hoc quidquid est indignitatis ²⁾. Saepe me rideo, saepe adcusor. Jacta tamen est alea et pugnandum cum veterano, quinquagenario ³⁾, conpotatore insigni, et ex ea causa paupere, hinc miserabili, quae conditio plurimum apud nos valet. Specimina inperant leges, solus ea offero, detrectat alter, anceps tamen est pugna, diuturna, quae aliquot menses mihi eripiet, et incerti eventus. Verum nimis sum adsuetus dulcissimo otio, quam ut frangar suffragiorum defectu, gratulabor certe me redditum libertati et antiquo vitae generi.

Anatomica nunc tracto specimen editurus in oculo. Nudius tertius in retina bubula dilucide vidi arteriam rubram ex centro

1) Vierter Physicus, Inselarzt, gest. 14. Dez. 1733. Vetter S. 103.

2) Gesner sucht ihn zu trösten: „Quibus non machinis blanditiisque munus Bibliothecarii Caesarei prensavit summus Leibnitiis? ... Epist. I, 222.

3) Dr. Johannes Weiß gest. 1754, 71jährig. Vetter S. 103.

optici nervi prodeuntem et per eam membranam sparsam. Tum satis distincte putavi observasse, chorioideam non retinam continuatam esse nervo. Forte aliquid edam, si succurrerit notatu dignum. Indica, si placet, compositionem ceraceae materiae, qua uteris¹⁾. Versabar in Muscis et proficisciebam, eripior dulcissimae huic contemplationi, nec fere sufficio vel minimo labori cum omni hora distrahar, monear, stimuler, deterrear.

Nova quaenam exspectes? Quarta jam plagula poematum ex prelo prodiit, nitide certe. Servabo Tua Tibi exemplaria, quae doni levissimi nomine non dedignaberis, cum et nomen Tuum prae se ferant, et sint utcumque mei ingenii hisce in rebus primitiae. Otium si fuerit, majori operi adcingar. Sed ea viderit tempus. Tu semper vale et fave, nec nimis indulge labori, quae certissima Tibi pestis erit. Nunquam valui firmitus quam in otio hoc quod inperat fortuna, licet sperem, timeam, succenseam, multis agiter furiis, quas alias ignoravi. Verum est, plerumque video me et alios tanta opera sibi onus inponentes et de servitute decertantes.

Dabam Bernae die XV. Dez. 1733.

42.

(41).

Ex Trophonii antro prodeo tam diu tacitus. Nec tamen possum rationem dare adeo insoliti Tecum silentii. Nempe ambitus meus, infausto eventu etiam taediosus, bonas abstulit horas nimium multas, alias partus pueri²⁾ et puerperium. Excidi certe malo meo fato honore, qui medicis solus superest, 37 suffragiis meis superatis a 42 illius medici veterani. Id solatii datum, quod construatur tandem aliquando theatrum anatomicum, permissio mihi cadaverum usu, sine ullo tamen stipendio³⁾. Quare et languentibus meis for-

1) Nämlich für die Gefäßinjektionen. Gesner schrieb darauf: Materiam ceraceam raro adhibui, semper vero primum paratam ex Ichtyocolla in Spiritu soluta, decoctione praemissa, addita cinnabari vel alio pigmento: atque ne rediret materiem injeci aecaceam ex sevo ovino, oleo therebinthinae et cera paratam repletem majora vasa. Epist. I, 220.

2) Ludwig Albrecht, geboren am 16. Januar 1734.

3) „Unterm 2. Februar ward das Collegium Insulanum durch einen „Zedel“ des Rats ersucht, Hallern, da man seinem Begehren „gern willfahrt“ habe, womöglich in der Insel den nötigen Platz für Sektionen anzuweisen. Am 11. Februar ward für diese ein „Reglement“ aufgestellt, am 18. März der erste Tote aus dem Schallenhaus dem Dr. Haller und seinem Operator Häberli zur „Dissektion“ verabfolgt. Am 13. Dezember sodann, nachdem die „Bauw Cösten zur Einrichtung einer Anatomey Stuben im obern alten Spital und Hohen Liebe“ (120 Kronen) bewilligt worden waren, erhielt der Aedil den entsprechenden Bauauftrag.“ Vetter 103 f.

tunis aere Tuo me solvere nondum potui, importunis comprimendis occupatus, nimis certus patientiae Tuae. Nihil ego novi habeo vel boni quod dicam, aliquot tamen dissertationes Tibi servo. Plura dabit theatrum. Poematum editio fere absoluta est, mittam quam primum paratae erunt icones, specimina sex, duo Tibi, reliqua amicis. Vix prodierunt reluctantibus nescio cur theologis, tandem tamen adprobata edi potuerunt a censore publico.

De scriptis physicis olim dixi, Hugenio¹⁾, Mariotto²⁾, Gilberto³⁾ etc. Hoc si medicis nunc Tibi inutilibus vel tandem botanicis commutatos velles, mone. Vale et me ama. Alia vice utiliores erunt literae, nunc quales tumultarie nasci solent. Bernae die Febr. 24. 1734.

43.

(42).

Recte adcepi elegantissimum Tuum de Frigore⁴⁾ laborem, gratulorque vestris Musis, quod ibi sis locatus, unde pluribus queas prodesse. Nunc ad Tua. Basileae inpressum fuit carmen de origine mali⁵⁾, paulo alteriora spirans, in quo theologi nostri loca quaedam notaverant, quae putabant libero arbitrio faventiora. Interim pergemus edere conniventibus ipsis, sed moratur Herrlibergerus tabulas aeneas sculpens. Fratris scriptum nummarium⁶⁾ qua potui circumtuli, sed prius jam subscripserat Steigerus, consulis filius, praeterea neminem novi harum rerum satis curiosum. Si in locum defuncti Laufferi⁷⁾ humaniorum fierem professor, tunc ipse nomen

1) Hugonii (Christ.) Opera varia. Vol. duo, Tom. IV. Lugd. Bat. 1724. S. Catalogus S. 90.

2) Mariotte, Essay de la végétation des Plantes, de la nature de l'air, du chaud et du froid. Paris 1679. Catalogus 75.

3) Gilberti (Guil.) de magnete, magneticisque corporibus et de magno magneti Tellure. Londini 1600. Catalogus S. 65.

4) Specimen philosophiae naturalis ad usum vitae applicandae expositum in meditationibus De Frigore etc. Tiguri 1734.

5) Gesner fragt am 2. März 1734, Epist. I, 226: „quae sunt ea quae Basileae ad tua carmina imprimi dicuntur?“ Das Gedicht „Vom Ursprung des Übels“ wurde erst im Frühjahr 1734 fertig, als der Druck der 2. Auflage der Gedichte fast abgeschlossen war. Haller schickte es den Basler Freunden zur Begutachtung, die es gleich drucken ließen, freilich mit zahlreichen Fehlern, so daß Haller sich genötigt sah, es noch in die zweite Auflage aufzunehmen. Hirzel I, 129 f.

6) Hans Jakob Gesner, Prospectum Thesauri universalis Numismatum Anti-quorum. Tig. 1734. S. Leu, 8, 480.

7) Joh. Jak. Lauffer aus Zofingen war seit 1718 Professor der Eloquenz und Geschichte in Bern. 1734 starb er durch einen Sturz von der Treppe. Hirzel I, 102. Gesner wundert sich, daß Haller sich um diesen Lehrstuhl bewirbt, Epist. I, 227: „Etsi miratus fere sim, Te cathedram Humaniorum Literarum ambire

darem, nec omnis hujus rei spes decollavit. De libris eadem de causa ἐπέχω.

Nunc ad mea. Jam ante infelicem ambitus mei exitum Suecica Scientiarum Societas me adoptavit¹⁾, quae res non parum contulit, ut, cum 30 anni requirantur ad obeundum physicatus munus, mihi ex speciali gratia indultum fuerit intra hoc tempus me offerre examini. Adsurgit paulatim theatrum hac hyeme inaugurandum: facile enim sequitur cathedra, ad quam humaniorum docendorum munus gradus erit, et ipsum luculento stipendio desirabile. Heri tandem inveni florem Musci palustris Absynthii folio. Est ex genere Muscoidum. Ad alas foliorum eriguntur clavae hirsutae, intra quas stylus ovum gerens viride ex clava per maturitatem prorumpens. Hortum Elthamensem adcepi tandem ut et E. N. C.²⁾ Vol. III et quaedam ab Haenelio. Sed Commercii literarii jam ab Octobri mense philyras desidero. Nummos misi Schulthessio pro duobus annis et Trewii opere praenumeratorios, nihil respondit, homo si obtigerit, aurem vellica. Bocconem si desideras, remittam, denuo expetiturus hyemis initio ad mensem Septembrem. Nunc enim disputando et perlegendo me praeparabo. Locus vero mense demum Junio replebitur. Addam dissertationes, si adhuc placent, medicas, quales multas misit Haenel, maxime Plazii historiam radicum, item de Teae et Coffeae abusu etc.³⁾. Non recte memini, quid de mineralibus Tuis actum fuerit. Si tradi non potuerunt mitte mihi, adde Thymelaeae Tirsifoliae exemplar et Gentianae officinalis, si habes, mea enim perierunt ob plantae succulentiam. Mittam nec displicebit amicus hominum officiosissimus gratissimusque. Vale et me de more Tuo dudum experto ama. Dabam die Mart. 16. a. MDCCXXXIV.

44.

(47).

Brevissimis hisce quinque exemplaria mearum poesium Tibi transmittito, quas exigui munusculi loco, aequi bonique consules.

(wozu H. in Anm. bemerkt: non ambii et declinavi, speciminibus tamen legitimis me subjeci), desii tamen mirari cum cognovissem, Te haec veluti per ludum literarium sine studiorum medicorum detrimento docere posse. Fautores ex animo opto et tanto ardentius, quod haec via sit ad Cathedram anatomicam . . .“

1) Der Ernennungsbrief von 4/15. Dezember 1733 ist in den Epist. I, 222 ff. abgedruckt.

2) Ephimerides Naturae Curiosorum.

3) Anton Wilhelm Plaz, Historia radicum, Lipsiae 1733. 4. De potus Coffeae abusu, catalogum morborum augente, Lipsiae 1733. BB II, 211.

Deferet praeterea ornatiss. D. Ott paucas quasdam scriptiunculas et ethici diarii schedulam mei operis¹⁾.

Vale, Haenelianas lapideas gazas mihi mitte.

45.

(43).

Tuas cum lapidibus Haenelio destinatis eodem die adcepi, quo per Ottium sex exemplaria poematum meorum misi cum quibusdam dissertatiunculis. Ecce nunc sex icones rubricae ornandae, quae praeterito Veneris die perfectae non fuerunt. Petita Tua Haenelio nota reddam homini optimo. Botanicis Te restitui gratum fuit percipere²⁾, et ego per aliquod tempus multus in iis fui, Lichenibus imprimis conquirendis, quos certe sine Michellii subsidio distinguere vix esset. Paro absolutis tunc speciminibus, quibus ad cathedram praeluditur, iter Alpinum per Gothardum Montem, cujus si comes esse velles, tum demum mihi placerem. Iam enim paullatim additollitur mea stirpium Helveticarum collectio et jam numerum 2000 attingit, quas opellas si Tuis jungere daretur, proditurum aliquid sperarem nec lectori inutile nec nobis inglorium. Stat autem certa voluntas omni anno alias atque alias adeundi Alpes, donec mihi satisfactum fuerit in collectione plantarum. Humaniorum cathedra si mihi demandaretur, potius otium subpeditaret quam auferret. Tunc enim, sed inter nos, praxi medicae valedicerem et ad urgendum studium botanices sumtus inpenderem ampliores, temporisque multo majorem partem. Verum de eventu dubito. Quidquid sit, nihil in fortuna erit quod me a bene agendo detineat, estque et obscuro otio sua voluptas. Cathedram anatomicam certe mihi nunquam defuturam spero, cujus theatrum, dum inter operas sumtus exigit majores, paullum quiescit, parata vero jamdum culina et cella maceratoria. Novi literarii nihil, exspecto a Schulthessio, qui de nummis et de schedulis silet. Quamprimum ad botanica redieris, plurimis de ea re quaesitis Te interpellare constitui, maxime de Muscis et adfinibus. Lunulariam florentem reperii die Apr. 12., Jungermannias, florentes etiam fere omnes, ad 20, Aspergillos deinde quatuor. Mucoris et mucilaginis species curioso oculo examinavi. Hortum Elthamensem possideo nunc, opus certe perutile, cum plurimarum plantarum characteres illustret, Alpinas etiam rariores

1) Es ist möglich, daß es sich um Nr. XIII des „Teutschen Bernischen Spectateurs“ handelt. Die Nummer enthielt Hallers Aufsatz „Nachtheiligkeit des Geistes“, der Ende März entstand. Hirzel I, 144.

2) Nach Ostern 1734 sollte J. Scheuchzer von Baden zurückkehren und seine Physikprofessur wieder übernehmen, wodurch Gesner entlastet werden sollte. S. Epist. I, 226.

quasdam depingat. Vale et ut soles mihi fave. Bernae ex musaeo die 28 April. 1734.

46.

(44.)

Gratissimae Tuae fuerunt, quibus Te itineri Alpino promisisti socium. Id nisi displicet, adgredi constitui die XVII Julii comite D. Schollio, forte et pharmacopoeo; erit mihi quidem dierum 14, Tibi forte paullo longius. Sumtus non excedent 15 florenos, cum fere $7\frac{1}{2}$ florenis septimanam in Alpibus conficere sim solitus. Convenire poteris nos Underseeae, nisi malis nobiscum Bernam redire, secundo fluvio patriam repetiturus; tunc enim Brienziae convenire esset commodius, et in reditu lustrarentur Alpes glaciales. Petitione cathedrae humaniorum cessi Altmanno¹⁾ heri electo, cum viderem nimium huic extraneo studio dandum esse temporis; redeo ad theatrum meum promovendum tandem in cathedram. Remotus jam duobus mensibus a botanicis etiam nunc nummos rei publicae nostrae dispono. Praelectionem literariam²⁾ typis expressi, quam reddit Tibi D. Bodmer. Doleo, quod angustiae rei domesticae ventent coemptionem herbarii Scheuchzeriani³⁾, quo plurimum res nostra juvaretur. Si de insano pretio remitteretur, nescio fere annon abriperer studii amore. Est quidem mihi res non nimis lauta, sed spe alor alicujus promotionis, tum socer satis nummatus mihi obtigit, ut augere bibliothecam sine magno incommodo possim. In itinere nolo Te pecuniis onerare, namque 30 et ultra florenos quos debeo mecum adferam, dudum certe solvendos, sed malo eorum querelis me expedire, qui non aequae ac Tu liberali sunt animo. Si aegre cares Bocconio, reddam repetamque si placet hyeme proxima. Staehelinus nunciat se raras plantas in horto calere a Marchionissa Badensi adceptas. Nuper Trewio fasciculum 150 plantarum Alpinarum misi, sub autumnum alias missurus Lindeno⁴⁾. Haenelio optimo homini Muscos et Lichenes cum Tuis lapidibus destinavi,

1) Joh. Georg Altmann (1697—1758) Theolog und Philologe aus Zofingen, das Haupt der 1739 in Bern gegründeten Deutschen Gesellschaft. S. Hirzel I, 154.

2) Sermo academicus ostendens Quantum Antiqui Eruditione Et Industria Antecellant Modernos Dictus Die XXXI Maji MDCCXXXIV. Abgedruckt bei Hirzel II, 381 ff. S. auch den Brief an J. J. Bodmer, Hirzel II, 352.

3) Gesner an Haller, 1. Mai 1734. Epist. I, 227: „Haeredes Scheuchzeriani Herbarium, quod plantis ultra 3000 constat, chartae nitidissimae belgicae per schedas adglutinatis pro 24. Ludov. aureis offerunt. Observandum quod non omnia gramina in eo contineantur, cum horum 600 circiter a Cel. Fratre, horum collectore, repetantur.“

4) Wahrscheinlich Franz Balthasar von Linden (1682—1755), Arzt und Botaniker in Straßburg. Gurlt-Hirsch III, 716.

quos ut puto jam adcepit. Liceat vivere et valere, nunquam deero et huic studio Tuaeque amicitiae, quam tanti facio quanti caeteras omnes. Vale. Bernae, die 8 Junii 1734.

47¹⁾.

(45).

Doleo quod et Tibi causa fuerim interrupti itineris. Solatium aliquod adtulit neglectarum Alpium profectio Biennensis, sed modicum. Jurassus certe nihil adtulit quo caruerim, pauca vero rariora, sed rupes et stagna civitati illi vicina non penitus destituta sunt plantis. Spero fore ut anno proximo cum discipulo Rittero, jam olim comite, tandem succedat optatum iter, quod alioquin hoc anno inamoenum fuisset ob perpetuas pluvias. Gramina numerosa et Filices adcepi, Tu vicissim bina opuscula Dodonaei²⁾ sine dubio a D. Fischer, Professore Regiomontano, adcepisti, quibus figurae satis nitidae pretium faciunt. Gillerum quod convaluerit spero. Hac ipsa hebdomade adfertur mihi fragmentum minerae Wetterhornianae, quam nunc etiam via munita excolere tentant Herischwandii possessores, magno emolumento ut spero meo; altitudo enim ejus montis omnes hucusque adcessos montes longe superat, qui jam Basileae facile se det conspicuum, et Nesso ut videtur duplo sit altior. Iterum sum in ordinando nummario thesauro, et ut spero bibliothecae curam hac hyeme habebam demandatam, non neglecto anatomes exercitio bono cum Deo hac etiam hyeme suscipiendo, prosectore chirurgo Haeberlino vestrati. Obiter subcurrit nummus in Mediobarbo³⁾ omissus, Valeriani Iunioris **VALERIANUS P. F. AUG.**

SECURIT. PERPET., cujus ectypum, si frater optet, communicabo, catalogumque quam primum perfectum erit, haud minorem 5000 nummorum antiquorum genuinorum, inter quos plerique

1) Hier fehlen einige Briefe. S. Gesner an Haller, 16. Juli 1734. Epist. I, 232f.: „Summa erat Tui apud omnes, quibus adventum tuum laetus indicavi, expectatio; sed tristes eheu nuntii accedunt, qui non tantum Tui hoc anno videndi omnem spem praescindunt, sed et nuntiant, Te gravissimo morbo conflictatum in summo vitae discrimine versari, quod me, qui in amicitia Tua omnem fere vitae dulcedinem pono, tanto dolore affecit, ut et lacrymas expresserit; me lavavit paulum altera epistola, qua Te morbi impetum superasse nuntias. Det Deus, ut concussa Tibi sanitas brevi redeat, et diu amicis et Reipublicae Literariae servias.“

2) Rembert Dodoens (Dodonaeus) (1517—1585), bedeutender holländischer Arzt und Botaniker, Leibarzt von Maximilian II. und Rudolph II., seit 1582 Professor in Leyden. S. Meerbeeck, *Recherches historiques et critiques sur la vie et les ouvrages de R. D. Malines* 1841.

3) Franc. Biragus Mediobarbus, *Imperatorum Romanorum numismata a Pompejo Magno ad Heraclium ab Adolpho Occone olim congesta*. Mediolani 1730.

tyranni etc. Botanicis dum instruo Ritterum tabularum novarum obcurrit labor, ad methodum earum quas Lugduni Batavorum moliebar, sed duplo instructiorum, quae genera comprehendant fere 1200; characteres ex optimis scriptoribus propriisque observatis colligo. Cereum serpentem florentem vidi, calathio albo, radiis luteis; verè est monopetalos.

Curae Tuae pauca haec commendo: 1. ut apud Schulthesium perquiras, num quatuor adhuc subscriptiones pro opere Trewiano haberi queant, altera pro Tom. I, una pro Tom. I et II, tertia pro Tom. II, et num procedat opus. 2. ut serici quale saepe adcepi *Stafide*, libras duas*) velis committere tabellario. 3. ut titulum mittas operis Tilliani¹⁾ et Montiani²⁾. 4. num Tomi III primi historiae naturalis Scheuchzerianae hebdomadatim editi possint haberi, et num operae sit precium eos adquirere, et praesertim qui possidet tres posteriores. 5. exempla epitomes Fuesslinianae³⁾ et auctorum quos edit. Nummos praesentes mittam, ne semper in aere sim Tuo. Vide quam sim verecundus. Excusatum me Tibi credam, quando eadem libertate Tua mihi mandata commiseris. Vale et me ama. Bernae die 21. Aug. 1734.

48.

(46).

Gratum fuit ex Tuis pervidere Te otio Tuo restitutum, unde plurima exspecto et mihi et publico, maxime ex horto Tuo. Nimis enim novi, quam difficile sit in rarioribus plantis characterem completum obtinere. Ego quidem nunc et practicis itineribus et cura bibliothecae distineor, quam tamen omnem ante festum Paschatis deponam, finito jam nummorum catalogo et parte catalogi subpelletilis librariae. Munus enim hoc vicarius tantum sustineo et quam primum omnia ordinata erunt, deponam vacaturus anatomicis, botanicis medicisque. Tabulas meas botanicas omnes refundere cogor, secutus eram dichotomiam mono- et dicotyledonum, quam ut minus conspicuis notis fultam deserere institui classesque ordinare. Convenit mihi tamen cum Dno. Garcin, satis male a Vaillantio plantas diversissimas sub Dipsacoidearum classem coniectas

*) coloris vel grysei vel spadicei, Tuum sit iudicium vel cultissimae sororis.

1) Wahrscheinlich Michelangelo Tilli, Catalogus plantarum horti Pisani, Florent. 1723. BB II, 187.

2) Guiseppe Monti, Catalogi stirpium agri Bononiensis prodromus, Bonon. 1719, oder einer der übrigen Indices. BB II, 157.

3) Simler Josias, De republica Helvetiorum libri duo; adj. est compendium historiae helveticae antiquae auct. J. Cdo Fueslino, qui etiam historiam Helvetior. ab auspiciis reformat. fidei collegit. Tig. Orelli 1734.

esse, cum duas distinctas praestitisset Dipsacoidearum, quae a Capitatis differunt solum staminibus distinctis, tunc farraginem Gymnomonospermarum variarum. Video Te arbores cum stirpibus humilioribus ordinare more Vaillantii et Rivini, postulare id videtur ratio Leguminosarum, est tamen quod mihi repugnat. Mihi quidem gemmarum absentia herbae videtur sufficiens indicium, neque mali quid inde exspectarem, si more Tournefortii, Coronillam, Emerum, et leguminosas alias arboreas singulari loco disponerem, ut sejunctae servarentur ab herbis arbores, divisioque maxime naturalis et vulgaris restitueretur. Lichenes disponere mihi visum fuit sub quatuor genera, quibus suos destino characteres, Pyxidem, Corallinam, Psoram, Pulmonariam. Quomodo vero id Tibi placet institutum? Certe genus nimis oneratum est speciebus. Auctores schedarum de laude vitae rusticae¹⁾ ignoro. Schulthesium si placet mone, ut sine omni mora quotcunque habet Commercii literarii schedas transmittat. Proxime ei duodecim florenos mittam pro duabus subscriptionibus operis Trewiani et anno Commercii 1735. Montiano²⁾ opere si carere posses, conmutabo aliquo Tibi conveniente v. g. Bocconis Museo de fisica. Namque tandem Venetiis utrumque Museum³⁾ adcipio cum Zanichelli opusculis⁴⁾, Caesalpino⁵⁾ etc. Est etiam Hugenus, s' Gravezande⁶⁾, Gilbertus etc., quibus carere possum, cum de altiori mathesi desperem, inpar iis quae urgeo studiis. Conpara si placet Scheuchzeri novellas s. historiae naturalis tomos priores⁷⁾, tunc Epitomen Simleri⁸⁾, sericumque margaritini coloris. Tu vicissim si placet me utere. Eruditissimo fratri copiam faciam thesauri nummarii. Nuper nobiscum fuit D. Taylor⁹⁾; ejus operationes praesens observavi; homo est in

1) Vielleicht „Ob sich die Schweytzer eben so glücklich schätzen können, als andere Völker“ in „der Teutsche Bernerische Spectateur“ 1734. S. 9 ff.

2) Gestrichen, darüber mit Beistift von Gesners Hand „Tilliano“.

3) Paolo Bocconi, Museo di fisica e di esperienze decorato di osservazioni naturali. Venet. 1697. 4. — Museo di piante rare. Venet. 1697. 4. BB I, 540.

4) Giov. Geron. Zanichelli, Apotheker in Venedig, Verfasser botanischer Schriften. BB II, 116.

5) Andreas Cesalpini aus Arezzo (1519—1603), genialer Botaniker, Professor in Pisa, später Leibarzt von Clemens VIII. und Professor an der Sapienza in Rom.

6) W. J. s' Gravesande (1688—1742), holländischer Physiker, seit 1717 Professor der Mathematik und Astronomie in Leyden.

7) J. J. Scheuchzer, Beschreibung der Naturgeschichte des Schweizerlandes, Zürich 1706—08. 3 Bde. BB I, 69.

8) De republica Helveticorum libri duo, Tiguri 1576, neue Auflage 1734.

9) John Taylor (1707—1767), berühmter und berühmtester fahrender Okulist.

nova promptus, non tamen differre visa est cataractae operatio a vulgari. Gillerus de phthisi residua ab haemoptysi meum consilium petit; suasi decocta vulneraria, tunc vere reduce lac et equum. In morbis pulmonis efficacissimum conperii marrubium non temere laudatum Galeno. Vale et me ama. Bernae die 31 Oct. 1734.

49.

(48.)

Expectatissimae Tuae magnas mihi spes adtulerunt, quas proxima septimana exspecto, Epitomen Simleri nempe 2 exemplaria, tum quod de collectione scriptorum Helveticorum prelo exierit, siquidem institutum id felix fuit, porro Tragum¹⁾, Hortum Pisanum²⁾, Knoblochium³⁾, Cabrolum⁴⁾, Massam⁵⁾; Bocconi exemplar meum puto, si vis, mitte, nisi meum fuerit, restituam. Ego adcepi Renealmi Specimen historiae plantarum⁶⁾. Piccolomini Pract. anat., Caroli Arantii not. ad coenam Bapt. fieri, aequissimo pretio. Eadem Tu die a me adicies Hugonii opera reliqua, Gilbertum de magnete, et quae alia obcurrent nimia in mea collectione mathematicorum. Praeterita hebdomade artifices admoti sunt theatro ut spero hac hyeme inaugurando oratione de usu anatomes in medicina practica, cum multi sint in primis medici nostra in urbe opinione inbuti Stahliani de inutili curiositate anatomica⁷⁾. Botanica nondum adii. Est enim terra gelu ita constricta ut vix aliqua cum spe suscipere id liceat. Ritterus discipulus orationem habuit de matheseos usu in vita humana. De morte Escheri⁸⁾ eo magis doleo,

Er studierte in Leyden, zog dann dreißig Jahre in einer mit Augen bemalten Kutsche mit der Aufschrift „Qui visum dat, dat vitam“ in allen europäischen Städten herum. Den Star operierte er, indem er die Hornhaut in ihrem untern Teile eröffnete und mit einer plankonvexen Nadel die Linse reklinierte oder extrahierte. Er ist Verfasser von einer Reihe wissenschaftlichen Schriften. Gurlt-Hirsch V, 622.

1) Hieronymus Bock (Tragus), 1498—1554, deutscher Arzt und Botaniker.

2) M. A. Tilli, Catalogus plantarum Horti Pisani. Florent. 1723. BB II, 187.

3) BB I, 401. BA I, 312. II, 749.

4) Barthélemy Cabrol, französischer Anatom und Chirurg, seit 1590 Professor in Montpellier, schrieb: Alphabet anatomique avec plusieurs observations particulières. Genève 1602. 4. Lat. 1604. BC I, 279.

5) Nicola Massa, Anatom in Venedig, gestorben 1569. BA I, 173.

6) Pauli Renealmi Specimen historiae plantarum. Paris 1611. Catalogus S. 45.

7) Georg Ernst Stahl (geb. 1660), der bekannte Professor der theoretischen Medizin in Halle. Nach seinem System war die Seele das erhaltende Prinzip des Lebens. Das Studium der Naturwissenschaften hielt er für unnötig.

8) Gesner an Haller, 31. Oktober 1734. Epist. I, 242: „De Botanicis et historia naturali nunc non sine dolore ad Te scribo, propter obitum summi et unici

quo rariores tales sunt viri, apud nos nulli, pauci ubique, literarum qui gnari sint et fautores. Non prius tamen id praesidii Tibi sustulit providentia quam rebus Tuis ita constitutis; ut facile possis egere alieno adjumento.

Nuper adtulerunt mihi lapides figuratos varios Bibersteinenses, pectines, cornua Ammonis, Geodes, quos nisi nimis forent vulgares, Tuos facerem. Ordinanda est naturalium collectio in bibliotheca, pauca, sed quae cum mere patria sit, non mala. Eo tempore aliquem lapidariae scientiae principem aveo habere, an Langius¹⁾ sufficit?

Taylorius malam hic famam reliquit²⁾. Diligenter inquisivi: nemo ejus opera sanatus est praeter unam puellam nobilem, cui variolae in palpebra vitium reliquerant. Cataractam deponere vidi, certe vulgari methodo id fecit, eaque post ejus excussum denuo ascendit. Operatio illa in nervo optico nihil praeter inflammationes produxit. Erat certe agyrtarum more suorum laudator nihil nisi 363 morbos oculorum inauditaque artificia prae se ferens. Probe mihi notus est et saepe vidi disserentem manusque admoventem. Scribit Garcinus Croizat, primarium Galliae publicanum, ejus opera excoecat, quare cum Bisuntium petere vellet, aditus ei regni prohibitus est.

Praxis mire me distrahit, quae neque satis lucrosa est pro

in hoc genere Maecenatis mei D. Escheri in Seidenhof, qui ante octiduum febris Erysipelacea obiit aetatis 35. summo omnium bonorum moerere; in eo homine eximia virtus et incomparabile de omnibus bene merendi studium erat; indefessus in historiae naturalis thesauris comparandis, in instruenda bibliotheca plurimos sumtus impendebat meosque conatus omni studio fovebat."

1) Vielleicht Karl Nikl. Lang, Historia lapidum figuratorum Helvetiae. Venetiis et Lucernae 1708. Catalogus S. 19.

2) Vergleiche Gesners Eindrücke, Epist. I, 241: „Dns. Taylor et hic operationes de oculorum morbis exhibuit et quamquam multa sint et diversa de eo homine judicia, non tamen possum eum hominem theoria optima et exercitatione artis praestantissimum non laudare. Vidi cataractam deponere, summa facilitate sine dolore, sine dilaceratione ligamentorum ciliarum, quod se obtinere dicit ea directione acus, qua tantum capsulam, in qua lens crystallina haeret, aperit, eamque premendo deprimit, is vero homo visum non recuperavit, multa obstabant, imprimis vero operatio in eodem oculo jam olim instituta. In generoso homine et valetudinario amauros in frictionis specie, quam imitando musculos oculi et dein versatili instrumento utendo administravit, ita sanavit, ut distinguere valeat pleraque, etsi nondum distincte legat. In juvene corneam integre opacam secundo vasa, quae corneam irrigabant et ejus obstructa loca, sanavit. Tiguro Solodurum profectus Basileam repetiit, nec prius se discessurum affirmat, quam de Genevensibus et Neocomensibus ultus sit."

dispendio temporis neque satis parva est ut otium relinquat integrum. Vale et me ama.

Die 4. Decembr. 1734.

50.

(49).

Librorum scitissimorum copiam adcepi rite Tuoque amicissimo in me animo devinctum me denuo ita video, ut nulla spes fere sit Tuis officiis mutuis officiis respondendi. Nunc vero peto pro amicitia Tua, ut quantum sumtuum in sericum et libros inpenderis, adnotes, tum num Hortus Pisanus meus futurus sit. Quos misi libros sex florenis venirent. Nunc si aliquos ex hisce desideres. nota: Archimedis opera omnia¹⁾, 40 bz. Gr. Lat., Pemberton View of Newtonian Philosophy 6 fl., l'Hopital sections coniques²⁾ 5 fl., Heronis Spiritalia Urbini³⁾ 10 bz., Stairs Philos. experimentalis⁴⁾, Gassendi Astronomia Hag. 4⁵⁾ 1 fl., Cartesii Geometria⁶⁾ etc. 1 fl., Whiston et Jaquet in Euclidem 1 fl., Hawksbees experimenta⁷⁾ 1 fl., Rohault physica⁸⁾ 1708. 1 fl.*). Horum aliquos si optaveris, mone. Sin minus, statim nummos quos debeo cum connumerato opere Tilliano et auctoribus Bodmerianis exsolvam.

Pulcherrimum videtur opus Tillianum, praepulchrum Bocconianum, quod mihi plane emit Ottius. Nunc denuo ad me feretur Venetiis ita, ut si aliquis eo egeat amicorum, possim jam eo exornare. Scripsit Haenelius literas ad eum posse mitti per Fridericum Michaelis f. Rauschenbach Scaphusinum, apud quem moratur suus frater. Novam editionem auctam institutionum Boerhaavii⁹⁾ adcepi. Nihil egi in botanicis; praxis distinet, maxime morbi hysterici. Dominatur eruptio cutanea pustulosa sine periculo. Vale et me ut semper integerrime fecisti ama. Bernae die 18 Dec. 1734.

Exspecto cum proximo nuncio schedam eorum quae Tibi debeo.

*) (Papin meth. aquam per ignem elevandi)¹⁰⁾.

1) Basil 1544. Catal. S. 80.

2) l'Hopital; Traité analytique des Sections coniques etc. Paris 1720. Catal. S. 90.

3) Hero Alexandrinus, Spiritalia liber, a Frederico Commandino Urbinate ex Graeco in Latinum conversus. Paris 1583 ff.

4) D. Stair, Physiologia experimentalis. Lugd. Bat. 1686.

5) Gassendi, Institutio astronomica. Hagae Com. 1656. Catal. S. 88.

6) Lugd. Bat. 1649. Catal. S. 85.

7) F. Hawksbee, Physico-Mechanical Experiments on various Subjects. London 1717. Catal. S. 73.

8) Jac. Rohault, Tractatus physicus. Amsterd. 1700. 2. Aufl. 1708. Catal. 77.

9) Leidae 1734. 8.

10) Papin, Ars nova ad aquam ignis adminiculo elevandam. Lips. 1707. Catal. S. 76.

51.

(50.)

Ecce desideratum Pembertonum et caeteros. Addo utrumque volumen Borelli; videor enim intelligere Tibi unicum esse de motu animalium¹⁾. Constant 2 fl. 30; Tu quo pretio venerit prius volumen, possis reddere.

Porro habeo venales

Archimedes Gr. lat.	40 bz.
Acta Oldenburgica compl.	50 bz.
Rohaultum Clarkii ²⁾	38 bz.
Cartesii iter per mundum	4 bz.
Bernoulli de gravitate aeris ³⁾	6 bz.
Bernier abrégé de la phil. de Gassendi	40 bz.

Permutabo si volueris l'Hopitalium, ita ut Cheyrieus solus sit Tibi solvendus pretio floreni unius. Cartesius habet omnia opuscula addi solita Schootani, Hutteni, Erasmi, Bartholini, de Beaulne. Boerhaavii editio plurimum aucta est, ut locum plane mereatur in bibliotheca. Exspecto Aretaeum Boerhaavii⁴⁾; adcepi novum vol. actor. Parisinor., cui junctus est Mairani de Luce Boreali⁵⁾. Catalogi pretium enorme est. Servabo ergo quae habeo; ea quae vis lege. Addo 54 coronatos s. florenos vestrates octaginta et unum, quos si placet transmittes Herrlibergero sculptori, qui in arce Hegi moratur, cum adjectis literis, quae per Te tutissime me mittere posse credidi. Vale et fave. Raptim. Bernae die 23. Dec. 1734.

Hawksbejum non adicipies hac vice, licet jam Tuus sit; quaedam enim de productione luminis et soni prius inde habeo excerpenda.

52.

(51.)

Juxta Tuas modo adceptas mitto Cartesii utrumque opusculum et Hawksbee, cujus quam plurima experimenta cum fructu exscripsi. L'Hopitalii editionem possideo 1720, quare non trans misi. Borelli

1) Borelli (1608—1679), bedeutender italienischer Jatrophysiker. Sein Hauptwerk, *De motu animalium*, erschien zum ersten Male in Rom 1680. Das andere erwähnte Werk ist jedenfalls *De vi percussione*, Bonon. 1667 oder *De motionibus naturalibus a gravitate pendentibus*, Reghini 1670.

2) Jacques Rohault, *Traité de physique et oeuvres posthumes*. Paris 1671. Die lateinische Übersetzung von Samuel Clarke, London 1710. BA I, 566.

3) Jac. Bernoulli, *De gravitate aetheris*. Amst. 1683.

4) Griechisch-lateinische Ausgabe von A. Boerhaave. Lugd. Bat. 1731 f.

5) Jean Jacques d'Ortous de Mairan (1678—1771), *Traité physique et histoire de l'aurore boréale*. Mém. de l'acad. 1731, 1732, 1747 et 1751. Poggen-dorff II, 17.

opus vel totum vel subposito loco editionis Batavae, cujus errores ex editione 1710 ipse castigavi, mitte Romanam. Schedulam addidi, nummos pro editione scriptorum Helveticorum, vel etiam pro Scheuchzeriano opere serva. Regredior nunc ad botanica. Nonne Buxbaumia est species Clathroidis? Solitaria equidem, firmae substantiae nec descripta Michelio. Nihil respondisti de distributione Lichenum in Pyxidariam, Dendroidem, Gelatinam, Psoram et Pulmonariam? annon videtur satis apta? Michelii Tomum II quotidie exspecto. Pembertonum serva. Animum enim ad medicas res penitus deflexi, neque his satis sufficiens.

Tibi etiam uti humanissime fecisti annum hunc porro prosperum opto, porroque amicitiam Tuam expeto. Vale et me ama. Bernae die 30. Decembr 1734.

A Te adcepi		A me adcepisti	
	fl. x.		
Sericum valoris	3 40	Pembertons view	6
Hortum Pisanum	5	Heronis opus de spirital.	40
Scriptores Helvetiae	2 30	Whiston et Jaquet	1
Simleri de re publ. Hel-		Hugenium	6
vetior. op.	1 15	Hawksbee expta.	1
		Cartesii Geometriam	1 30
		iter per mundum	16
		Golbertum de magnete	12
			16 38
		Quare excedit haec summa	4. 13

53.

(52.)

Et scriptores Helveticos et literas adcepi, gratus pro munusculo. Tillium servabis, Montium si Tibi adtulit, neque enim memini an ego mandaverim de eo scripto, Tuus est. Ego vero adcepi Eustachii editionem 1728¹⁾ nihilo auctam, tum Josephi del Papa consilia medica²⁾ et Zanichellium de Hippocastano³⁾. Botanica quod adtinet, notissima Tibi erit species Euphrasiae, an Melampyri habitu Melampyri silvatici, flore Euphrasiae luteo, semine Melampyri? Quid de ea sentis, num nova? num novae plantae genus? Generum determinatio ardua. Mihi placet distinguere sufficienter,

1) Die anatomischen Tafeln von Eustachi wurden zum ersten Mal von Lancisi, Rom 1714, herausgegeben. 1728 kamen sie in neuer Auflage.

2) Guiseppe del Papa, Consulti medici, Rom 1733, 4. 2 vol. BMP III, 367.

3) J. Jac. Zanichelli, Intorno alle facoltà del Hippocastano. Venez. 1733. 4. BB II, 288.

notas petere undequaque, minus metuere a scrupulosa distinctione quam a confusione. Non quod probem Vaillantii v. g. Hieracioideas; eae enim plantae adeo minute distinguuntur, ut saepe evanescat diversitas. Quod adtinet v. g. Lychnides diverso ovario, placet distinguere, ita tamen ut v. g. Otites, Been, post Lychnidem integre ponantur, post Hypericum indigentur tantum ratione methodi. Umbelliferarum tractatio maxime confusa; semina si seceteris, mera habebis genera, species fere nullas. Foliorum levis et inconstans nota. Quam negligenter has noster Boerhaavius? Nonne Siler montanum est verum Laserpitium? Quid sentis de bacciferis? Num possent classem efficere? Pomiferae facile conveniunt flore, fructu, rejecta Granadilla, Opuntia etc; sed bacciferarum nullus est typus. Annon probes Muscos dici petaloideos calyptratos, nudos apetalos? Annon plantarum genera fieri possint v. g. Filamentosae, Simplicissimae, Fungi, Lichenes, Lichenoideae (ut Riccia etc.). Inde Musci, tunc Marsileae et affines. Porro Capillares et classis variarum aquaticarum. Sequuntur nunc Gramina et Cerealia, inde Bulbosa, tum Apetalae duplicis generis. Inde Gymnomonospermae, Capitatae, Dipsacoideae, Corymbiferae nudaе, Cor. radicatae, Cichoraceae et variae. Nam Dipsacoidearum characterem puto flores in calyce communi, stamina quatuor solitaria. Caeteras Valerianis subjungo. Hinc Gymnodispermae, Umbelliferae, Stellatae et Boerhaaviana reliqua, expuncto genere Potamogetonis et classe Unisiliquarum, Multisiliquis subunctis Multilocularibus. Quarum herbarum agmen claudant Pomiferae mole proximae Arboreis. Ad quas pleraeque bacciferae pertinent, reliquae possint ad suos loculos reduci. Plura de his coram, quando una Alpes conscendemus, quod nisi Deus aliter disponat certe fiet. Christen nostras podagricum antidotum minatur ex liquore quodam terrae foliatae q̄ adfini cum plantis aromaticis. Ritterus discipulus dissertationem edit, de matheseos usu in rebus humanis. Anatomicum theatrum perfectum est, exspectat cadavera. Vale, serva mihi Woodwardum de statu medicinae, Tigur. 1720¹⁾.

54.

(53.)

Ecce quae accepi ab Haenelio Tibi reddenda. De meo nihil adjeci, si tamen cares Epistolis Gesneri a C. Bauhini editis²⁾, eis ego carere potero. Multus fui in anatomicis. Angiologiam demon-

1) J. Woodward, State of physik, Lond. 1718. 8. Von Scheuchzer ins Lateinische übersetzt: Medicinae et morborum status, speciatim de variolis etc. Zürich 1722. 8.

2) Conrad Gesner, Epistolae a Cl. Bauhino editae. Basileae 1591. 8. BB I, 290.

stravi publice in puerili corpore, delineare curavi vasa capitis, pelvis, brachii, thoracis, in quibus multa vulgo non obvia, quaedam ni fallor nec Winslowo visa observavi. De quibus quaedam dedi ad Trewium¹⁾. Apri etiam interanea lustrare datum est, in quibus vesiculae seminales peramplae. Testes ipsis renibus majores, prostatae amplissimae, venarum et arteriarum spermaticarum conspicua ἀναστόμωσις nuper etiam vindicata a Mortimero²⁾. Sic theatrum novum satis certe nitidum inauguratum est.

Ad botanica redii, Muscosas nempe plantas. Occurrit genus novum ut videtur, nisi aliquid sit ab insectis profectum. Sphaerulae sunt flavae, quae diductae abeunt in longissima fila elastica, pollinem flavum spargentia undique. Mmium etiam observavi; alio caule capsulam calyptratam, alio calicem cavum et amplum gerunt, quales calyces ubi minutissimi, capitula videntur nuda. Folia lude virentia. An vulgatissimum Mmium?

Adcepi Plumerii nova genera³⁾, et Barrelierium⁴⁾, exspecto Triumphettum⁵⁾. In nuperis transactionibus⁶⁾ nostras Garcinus descripsit Exyoidem, ab Oxyde foliis pinnatis diversam, Japonicam, et inseruit Musas Liliaceis plantis. An Gesner de collectione stirpium, de lapidibus, apud vos haberi nequit? Legendum Tibi commendo Hales haemastatiks⁷⁾ a me vel a Staehelino, cujus nomini inscripsi, Euphrasia melampyrum forte ipsiss. olim in M. Leitern observatum. Tuum certe nomen jam habet Plumerius, nec enim nisi ibi reperiissem, defuissem Tibi. Ad iter Alpinum adferam examinandum systema tabularum, forte et plantarum catalogum, si perfici poterit. Assurgit nunc ultra 2000 plantarum. Quid censes

1) Nämlich für das commercium litterarium. Es handelt sich um die Observationes anatomicae, die im Jahrgang 1735, S. 101—188 erschienen.

2) Cromwell Mortimer, in Philosophical Transactions n. 415. BA II, 163.

3) Charles Plumier (1646—1704), französischer Botaniker, Minoritenmönch, bereiste dreimal (1689, 1693, 1695) Amerika und hinterließ zahlreiche Manuskripte und Zeichnungen. Descriptions des plantes de l'Amérique, Paris 1693. Nova Plantarum Americanarum genera, Paris 1703. 4. Nouv. Biogr. Gén. 40, 499 ff.

4) Jacques Barrelier, Plantae per Galliam, Hispaniam et Italiam observatae. Posthum von Jussieu herausgegeben, Paris 1714. BB I, 571.

5) Lelio Trionfetti (1647—1722), italienischer Botaniker in Bologna, schrieb lectiones s. ostensiones botanicae. Bologna 1675—1721 und Prolusiones bot. ab anno 1675 ad annum 1721. Auch sein Bruder Giovanni Battista (1656—1708) war Botaniker und lehrte an der Sapienza in Rom, schrieb Observationes de ortu et vegetatione plantarum cum novarum stirpium historia. Rom 1685. Nouv. Biogr. Gén. 45, 638 f.

6) no. 415. BB II, 223.

7) Stephan Hales, Statical essays containing hemastatiks, London 1733. 4. BA II, 180.

de nostro labore? An suades icones desumendas a siccis? Characteres certe perficiet Ritterus, comes futuri itineris, quod ineunte Julio perficiam. Delineatas vero vellem nonnisi plantas non descriptas aut non depinctas. Quarum jam sat multae subpetunt. Annon post annos aliquot, 5 vel 6, Synopsis poterit parata esse? Opportunitatem aucupor moram aliquam faciendi in agro Gallico nostro vel Aquilegiae vel circa Morsee, multa enim inde exspecto. Certe a D. Duvernoi ad XX plantas adcepi raras, ut Valerianam rubro flore, etc., a Schollio digitalem fl. purpureo. Requiretur ad institutum nostrum Genevensis aliquis curiosior, tum alpicola aliquis, sed nullum novi. Haec ita garrio de Tuo ocio securus. Vale et fave. Die 17. Mart. 1735.

55.

Summa celeritate haec ad Te, cum urgear negotiis practicis aliisque. Ecce Boerhaavii Institutiones. Tu vero si placet mitte plantulas quamprimum poteris, ut possim, si fieri queat, meo inserere catalogo. Tui unicum volumen vidi. Vale et me ama.

56.

(54.)

Ex eo quod ditissimum Tuum donum botanicum adceperam, exspectavi literas Tuas neque nisi iis receptis responsum dare constitueram. Grates ago maximas pro dono, cui omnia postpono. Acceptissimae fuere Alpinae, Rapunculus gramifolius, cujus exemplar perierat, Fragariae flore luteo, quam nondum vidi. Illae eleganter siccatae an ex Ehrhardianis¹⁾? Lubido me tangit similes coemendi. Gratissimae erunt reliquae. Me distinxit procerum reparatio solennis, tunc petitio muneris bibliothecarii, quod unanimi suffragiorum consensu obtinui²⁾. Reditus fere 180 florenorum vestratium, sed spes est proxime adjungendi muneris vel physici, vel quod malim professoris medici. Occasio nunc nata est rarissima quaeque opera bibliothecae inserendi, quae vires meas superant. Nihil habeo novi; nomen dedi Albinianae Myologiae³⁾, splendido operi. Mone si placet Schulthesium, ut schedulas Commercii jam a M. Octobri desideratas tandem subpeditet. Nihil a Staehelino, nec a Koenig. Haenelio gratissimam rem facies. Caresne Gesnerianis Epistolis omnibus? aequo pretio Tibi eas comparavi, cum

1) Balthasar Ehrhart (1700—1756), Arzt in Memmingen.

2) Hallers Freund J. L. Steiger, der frühere Bibliothekar, war in den großen Rat gewählt worden, wodurch die Stelle vakant wurde.

3) Historia musculorum hominis. Leid. 1734. 4.

Franci¹⁾ et Tagliacotii²⁾ Chirurgiis aliisque sat elegantibus libellis. Nuper ad ordinandas redii plantas, Filicinas, Graminifolias, Arbores; his enim evolutis meum tandem herbarium erit in vado, perquisitis synonymis, figuris recensitis et dijudicatis etc. Erunt autem plantae ad 2400. Quibus nostra *περίχωρος* vix ullam addet, itinera ut spero plurima. Nostrum si fieri queat, fiet ineunte Julio quo simul Tibi commodum erit Berna in patriam navi redire. Sed haec incerta paulum facit aucta quotidie praxis, primariisque inprimis civitatis familiis magis magisque mea opera utentibus. Praetexam iter sanitatis ergo in Thermas fabarias, nihil relinquam intentatum. Filicis et Filiculae quale statuis discrimen? ex Tournefortio certe nullum. Thoram audio circa Genevam nasci; nemone Tibi notus est? Mihi certe curiosior nemo. In Vallesiis montibus ter variis locis perlustratis non visa est. Haec omnia ut vides tumultuarie, plura si Deus volet Tecum. Vale et me ama. Die 5 Maj. 1735.

Petit a me Nöb. a Diesbach specimen panni crispi crepon e quo lugubria pallia fieri solent adjuncto pretio; ejus enim integrum volumen im *Stüf* sibi comparare constituit. Bodmerum nuncia scriptum die Handveste³⁾ proxime cum tabellario ei me transmissurum esse.

57.

(55).

Quin omnia mea fausta et Tibi e mente eveniant, nullus dubito. Bibliothecarii munus 100 thalerorum salarium habet, parumque, ubi semel ordo erit restitutus, dabit laboris. Praxis ne itineri meo sit obstaculo, unice metuo, maxime invalescentibus variolis, licet benignis. (In quibus notavi maturas haemorrhagias narium et clysteres optime succedere, pro sententia Boerhaavii.) Panni crispi Crepon utrum libuerit, mitte si placet ulnas 50. Institutiones Boerhaavii veneunt hic 28 bazenis Bernensibus. Sed ego jam nimis in Tuo sum aere quam ut hac summa me possim expedire. Acta societatis Parisini apud nos haberi possunt, pretium autem pro voluminum mole variat: praestaret tamen e Ba-

1) Pierre Franco, französischer Chirurg im 16. Jahrhundert. Wahrscheinlich ist sein Hauptwerk der „*Traité des Hernies etc.*“ Lyon 1561 gemeint.

2) Caspare Taglicozzi (1546—1599), Chirurg in Bologna: *De chirurgia curtorum per insitionem etc.* Venet. 1597 f.

3) Bodmer hatte offenbar Haller um Beiträge für die „*Helvetische Bibliothek*“ gebeten. Haller versprach ihm darauf eine Abschrift der „*Handveste Fridrichs des I. (lies II) vom Jahre 1218*“, die dann auch in der *Helvet. Bibl. Viertes Stück*, S. 1 ff. Zürich 1736 erschien. Vergl. Hallers Briefe an Bodmer, Hirzel II, 353 f. und Vetter S. 70.

tavia adcersere. Valitudinem restitutam gaudeo¹⁾, mea numquam aequae firma fuit, sed obruor mille negotiis, tum excolendis etiam procerum amicitiiis, quorum favore hucusque utcumque res meas sustinui et ut spes est sustinebo porro. Septimana praeterita secui puellas duas a sterno ad umbilicum connatas²⁾. In quibus multa quae prudentioribus cogitandi subpeditant materiam. Cor unicum cuivis puellae, unus ventriculus aortam et pulmonalem edens, auris omnibus pulmonum vasis communis, quo ipso extra dubium ponitur Winslowi de circulatione sanguinis per cor opinio; hepar unicum et lien, ventriculorum et intestinorum duplex series; ergo lien hepatis destinatur, non ventriculo. Diaphragma unicum, sed vastum octo adpendicibus instructum. Omnia egregie depingi curavi, et ut spero splendide sub auctoritate publica³⁾ edentur cum meis puto novis de monstrorum causis cogitatis. Botanica diu intermisi, redeam aliquando, sed timeo Gramina, in quibus ordinandis occu-
por; requirunt enim haec difficillima plus ocii. Nondum spe excedi de itinere perficiendo et, ni plane fata repugnent, perficiam. Nihil novi aliunde. Batavia praeter Schwenkii⁴⁾ casum rarum nihil adtulit. Vale et me ama. Die 25. Maj. 1735.

58.

(56).

Ecce quae pro panno serico crispo, tum quae Tibi solvenda restabant, namque 27 bz nostrates Tibi reddet Bodmerus. Tantum enim describendi sumtus⁵⁾ effecerunt. De itinere nostro quid dicam? Continuo ingravescent variolae discretae pleraeque aliae etiam confluentes, eaeque cum maculis nigris lethales. Hae ut videtur me non dimittent; si qua tamen elabendi via aderit, ineunte Julio Te conveniam, aliquod Tecum etsi brevius tentaturus iter v. g. per Uraniam, et Gothardum ita ut redux per Grimsulam mecum Bernam Te reducerem, sed de hisce certiores nuncios dabo. Botanica apud me languent, cum et bibliothecae ordinandae labor et practica distineant negotia, quae quidem intermissio male me habet.

1) Gesner schrieb am 23. Mai, er hätte einen Anfall von Hexenschuß durchgemacht, der ihn am Schreiben hinderte. S. Epist. I, 249.

2) Die Sektion fand am 9. Mai statt und wurde zum ersten Mal in der Tempe Helvetica, Zürich 1735, veröffentlicht, später noch verschiedentlich in erweiterter Form.

3) S. auch den Brief an Bodmer bei Hirzel II, S. 354.

4) Thomas Schwenke (1693—1767), Stadtarzt und Professor der Anatomie, Chirurgie und Geburtshilfe im Haag: Rari casus explicatio anat.-medica, Haag 1733. Gurlt-Hirsch V, 323.

5) Nämlich der „Handveste“.

Perfecto tamen bibliothecae statu spero me ad officium rediturum. Novi nihil. Adcepi Erfordina miscellanea, passim trivialia miscentia melioribus, tum Schwenkii observationem Anatomico-Practicam elegantem, qui Hagiensis medicus Boerhaavii discipulus est. Multos et pulchros in bibliotheca publica botanices auctores reperi, quibus non parum juvor, Lugdunensem historiam, hortum Malabaricum¹⁾, Aldrovandi opera²⁾, Rivinum etc. Hisce utor ad conficiendam Epistolam Botanicam Tiguri edendam cum nova bibliotheca Altmaniana³⁾, in qua et historiam mirabilis foetus describam.

Vale et me ama. Die Jun. 23 1735.

59.

(57.)

Valesiae quibus uteris Thermae ut solidam tandem Tibi validitatem confirment, opto animitus⁴⁾. Quod hic Te videndi spes sit, gratissimum auditu. Offendes mea omnia turbata, plantas confusas, hujusque anni nullas. Namque et bibliotheca curam meam desideravit omnem et epidemia variolarum continuo increvit finem factura, quando inexperti deerunt. Mihi quidem casus obtigerunt graves duo, mortua virgo cum maculis nigris, ejusque frater confluentibus variolis mirifice plenus, qui methodo Sydenhamiana⁵⁾, datis enim alternis noctibus clysteribus, crebro sub usu syr<upi> pap<averis> et s<piritus> v<itrio>li evasit. Caeterum emetica sub primum insultum exoptatissima fuerunt.

1) Hortus Indicus Malabaricus. Amsterd. 1678—1682, 6 vol. Catalogus 37.

2) Ulisse Aldrovandi (1522—1607), promoviert 1553 in Medizin in Bologna und wurde daselbst 1560 Professor für Naturgeschichte, Begründer des Botanischen Gartens. Verfasser zahlreicher, meist illustrierter Werke aus dem Gebiet der Botanik und Zoologie. Nouv. Biogr. Gén., I, 740 ff.

3) Die Dissertatio Epistolica de nupero partu bicipiti et unicorporeo erschien in Altmanns Tempe Helvetica I, 48 ff. Der gleiche Jahrgang enthält auch die Descriptio Itineris Alpini suscepti M. Julio Anni 1731. I, 553 ff.

4) Gesner an Haller, Epist. I, 253: „Vide quam varia itineris nostri sors sit. Sextam hebdomadem lecto decumbo, febri ex purpura in rheumatismum continuata, superveniente Hepatide vera inflammatoria, cujus etiam vestigia in foeda faciei flavedine supersunt; nunc mihi qui Te summo desiderio Tiguri exspectavi, iter ad Te videtur sanitatis gratia suscipiendum. Nam languori viscerum abdominalium horumque infarctui non incongruae videntur Leucenses Thermae, quas proxima hebdomade adire animus est, nisi id vetet tempestas adversa, aut morbi in deterius (quod Deus avertat) mutatio. Per Lucernam, montem Brunig, Gemmumque iter faciam, in reditu Te Bernae visurus, tuoque suavissimo mihique utilissimo alloquio consortioque fruiturus; quod sane ad firmandam valetudinem omnium optimum mihi habetur. Forte id tempus Tibi nunc tot gravissimis negotiis occupato commodius erit, mecum adeundi Tigurum. Tiguri d. 27. Junii 1735.“

5) Thomas Sydenham (1624—1689), bedeutendster englischer Praktiker des 17. Jahrhunderts.

Novi nihil habeo praeter Wolfii vol. III.¹⁾ et Neuman, de Thea, Cerevisia, Coffea, Vino²⁾).

Cum Valesiis utaris thermis opera Tua mihi multis utilis erit: fac precor, ut habeam Usneam nigram sylvulae Larignae supra thermas, Geranium max. Aconiti folio in pratis ubique occurrens, Cirsum maximum Asphodeli radice, Orchidem gramineo fol., Gemmii populum album. Quas vel praetervidi vel parcius collegi, tum si quid in Muscis vel Lichenibus tibi rarius obtigit. Luti etiam aurei e thermis portionem siccata ad examina chymica quaeso adfer.

Vale et fac ut quam proxime Te frui liceat. Bernae die 17. Jul. 1735. Adcepi Tuas suavissimas literas³⁾; curabo ut domi sim 3 Aug. forte ante id tempus aditurus Aquas Blumensteinianas. Anonidem eam legi, crescit in adscensu primo Gemmii. Magna apud me nec sine causa est Tui expectatio. Vale.

60.

(58).

Magnificum Tuum et herbarum et librorum donum cum alio et gratissimo munere argenteo ut a Te profecta lubens, ut nimia et inmerita cum aliquo pudore recepi. Neque enim optimam Dioscoridis editionem cum mea commutare neque tam pulchros libros nullo plane pretio adipisci ausim. Nascituram tamen spero opportunitatem, qua aliquid gratum praestare dabitur, saltem non quiescet animus, nisi aliquo modo onere tanto se liberaverit.

Caeterum ut ingratus fuerit discessus Tuus omnibus bonis, nemini vero magis quam mihi, id solaminis fuit quod eadem qua nos reliquisti die ad puellam Steiger vocatus, continua fere Almadinae mora tempus coactus terere aliunde Tua praesentia gaudere non potuissem. Exuperior in ea febre vires methodi. Prodierunt die quarto post dolores pungentes lumborum postque sputum sanguine tinctum maculae copiosae, magnae, nigrae. Institi tamen methodo hodieque 13. agitur dies, exaruerunt pustulae, et lux aliqua spei adfulget, licet febris putridae violentiam purgante infringere hoc quo scribo momento cogar. Si evaserit e truculentissimo morbo, gallum debebit Aesculapio, salutem camphorae.

Eadem qua Bernam deseruisti die adlatus est Cowperi Myotomia splendidis tabulis, explicatione brevi, parum ab illa prioris editionis diversa, totum opus, ut in aures dicam, a perfectione longe alienum.

1) Christian Wolf, Elementa Matheseos universae T. III. Halae Magdeb. 1735.

2) Kaspar Neumann, Lectiones publicae von vier Subjectis diaeteticis: Thee, Kaffee, Bier und Wein, Berlin 1735. 4. BB II, 190.

3) Vom 16. Juli. S. Epist. I, 253 f.

Altmannus et Scheurerus certatim Te salutant, Scheurerusque¹⁾ in primis, quod publico nomine non dignus sit Tibi redditus honos. Ritterus auctionem facit. Cerei florem dissec<ui>, characterem adcurate consignavi, dimidiamque partem Tibi s<ervo>, si servari queat. Vale amice optime et fave.

Dabam Bernae die 20 Aug. 1735 rapide.

61.

(59).

A Tuo excessu frequentius paulo plantis inhaesi. Disposui Filicinas hoc modo.

Fol. integris		fol. divis		adfinis
L. Cervina		Semina		Osmunda
Lieniontes				Ophio- glossum
	in duplici glo- bulor. ordine	Ubique per folia	in distinctis ramis	in liris per folior. oras
	Polypodium	Trichom.	Dimorphopteris	Thelypteris
	Lonchitis	Asplenium		Adiantum.
	Filix	Muraria		

ubi Murariae do totum genus Filicularum eamque a Trichomane distinguo foliis non pinnatis. An alicubi Helvetiae Filicula sax. caule tenui fragili Raj? Nunc disposui Equisetum et adfinia, eaque ex propria tribu semota subjungo Ambrosiae et Xanthio. Scrupulus occurrit: Numne non conveniat servare in Angiospermis divisionem a capsulis? ut quae a classe magis fluat quam flores: ut quae non separet Tithymalaeas plantas, non longe divellendas ab Euphorbio etc. De arboribus numne conveniat eas miscere plantis humillimis? Annon praestet paucas dubio loco retinere, quam eas omnes dispergere per herbas a se ab ipsa natura discretas? Haec varia. Quid sentis de Equiseto prat. longiss. seta et arvensi? Nonne eadem?

Nuper Aspergillum reperi capite rubro, quem Tibi servo cum plantulis a Te indicatis, quas seposui. Kaempferum²⁾ Tibi conquisivi, ut vides, saltem ne aliunde emas moneo. Sed Plumerius et Bocconus nullus est Genevae. De herbario Scheuchzeriano denuo quid sentis? Si necesse videtur, ego coemam pretio paulum modestiori eritque loco Sloanianae historiae³⁾, quam Steigerus obtulit

1) Samuel Scheurer, Theologe an der Berner Akademie.

2) Engelbert Kaempfer, Amoenitatum exoticarum politico-physico-mediciarum Libri V, Lemgow 1712. 4. oder die History of Japon von J. Kasp. Scheuchzer aus dem Holländischen übersetzt, London 1727. BB II, 23.

3) J. Sloane, A voyage to Madera, etc. with the natural history. 2 Bde, Folio. 1707/27. BB I, 653.

soterion pro filia. Triumphavit camphora et succus citri, tum purgatio tamarindinata diei ab eruptione 8. Erepta cum maculis suis nigrissimis variolas praecurrentibus easque confluentes et nigras cum delirio XIII dierum. Haec Woodwardo¹⁾ respondeo. Nihilne Schulthessius de Trewio? Hubero Gallias adeunti varia mandavi de plantis aquaticis, Sagitta, Butomo etc., quas nullibi reperii. Nunquamne vidisti Millefolium foliis integris flosculis subjectis MOK? An nota Tibi planta in tubis fontium nascens, nostris Straug, ligneo caule diviso in capillitium fuscum fragile, Confervoides. Nuper observavi: non sunt radices, vidi enim 20' longitudine capillatum. Anne observasti aliquam Confervam mansu arenosam? Talis obvenit, Fungos annus non alit hucusque fervidissimus. Sed ego meis nugis Te distineo. Vale et me ama, die 7 Sept. 1735.

62.

(60).

Tuas exoptatissimas perlegi, et de herbario quidem Scheuchzeriano cogitationes deposui, cum eo carere possim, dum Tibi liceat adcurate cum Tuis id conferre. Pluknetum²⁾ emo ex Bibliotheca van der Aa. Lichenes Tui ex liberalitate habeo plurimos. Notavi gramina 50, quae ex Scheuchzerianis Helveticis deficient; eorum quae duplo habueris si miseris, gratum feceris. Mitto herbulas, versiculos, Muschenbroekium³⁾, tum icones, quas concinnari curavi ex plantis novis siccis, quas ubi examinaueris remitte, interim perspecturus, an possint scopo nostro inservire. Plures feci, sed hae sufficiunt. Non sine aliqua voluptate vidi in Tayloriano scriptulo⁴⁾ Tuam et Koenigii epistolam. Tota quanta est *μικρολογία* ejus opus.

De graminibus quae nunc evolvo, patere ut pauca quaeram. Primum Gramen segetum alt. panicula sparsa, quod Scheuchzerus facit locusta simplici, mihi quidem semper visum bilocusta in Tuis et meis Mathodensibus et Bactiacensibus exemplaribus. Videtur certe C. B<auhina>num gramen vere bilocusta, et aliud gramen nemorosum etiam bilocusta, a priori differens panicula inclinata folioque utrinque aspero, est Arundinaceum C. Bauhini et Scheuch-

1) John W. Woodward (1665—1728). Er war als Naturforscher viel bedeutender wie als Arzt. Haller spielt auf seine Schrift an: „The state of physick and diseases, with an inquiry into the causes of the late increase of them, but more particularly of the small pox etc.“ Lond. 1718. Gurlt-Hirsch VI, 327.

2) Leonhard Pluknet, Phytographia seu stirpium illustriorum et minus cognitarum icones. London 1691—1696. BB I, 653.

3) Pieter van Muschenbroek, 1692—1761, Arzt und besonders Physiker in Leiden. Es ist unsicher, welches Buch gemeint ist. S. Gurlt-Hirsch IV, 325.

4) John Taylor, Treatise on the immediate organ of vision. London, Paris, Amsterd. 1735.

zeri. Gramen tremulum locusta Deltoide num indigena? Festu-
cam gramineam plumis vacuis habeo ex Valesia. Gramen spicato
aspero simile, divisis longisque spicis, caractere eodem, quale?
Gramen segetali panicula sparsa affine habeo Alpinum, an no-
vum? Juncum ego duplicem tantum facio, alium tenuiter linea-
tum, latum, crassum, panicula sessili, alium profundioribus sulcis,
aridum, panicula sparsa, ramosa. Nonne huc pertinet et laevis
uterque et acutus et acumine reflexo uterque? Si meliora nosti,
candidus imperti et exemplar mitte acuti. Exspecto gramina a
Staehelino. Omnia tentabo, ut aliquid efficiam minus hiulci. Tu
vale et porro fave. Die 29. Sept. 1735.

63.

(61).

De silentio Tuo etsi quid sentiam nesciam fere, non tamen de
animo Tuo sum sollicitus, de quo tot testimoniis me reddidisti
certum. Itaque non exspectato Tuo responso, denuo quaero, quid
de figuris nostris sentias. Parari curavi etiam figuram Fungoidis
chrySTALLINI Erinacei forma, Fungoidastri, Corallini gelatinosi, Staehelinae montanae etc. Hoc enim autumnus licet osteologicis demon-
strationibus intento, licuit in rem fungariam penitus inquirere
speciesque designare jam ad 120. Quas disposui omnia Volvae
notione per anulos, strias, colores, licet id omne variabile sit, co-
lores mutantur, anuli delabantur. In fungo magno, sicco, croceo
pollinem coeruleum copiosum reperi, quem excussum in sylva, an
in fungos excrescat, notabo; in Lycoperdo areolas seminales illis
in Pulmonaria similes, tum processus articulatos in cutem conicos
extremo purpureo et ni fallor patente.

Gramina denuo perlustravi, cum Staehelinianis contuli (quae
omnia ordinavi). Sunt autem fere 240. Deficiunt vero ex grami-
nibus et arboribus Helveticis hae. Quarum aliquas si subpetere
poteris, facies ut soles generose¹⁾.

In quibusdam a Scheuchzero cogor dissentire. Gr. penceum
radice alba globulum in apice non habet, nec meretur separari a
Gramine Alpino ejus p. 216. Paniculata pratensis mihi sunt 4 tan-
tum: Majus loc. minori oligantho latif. Majus oliganthon angu-
stifol. Majus polyanthon loc. majori (quod est ejus Gr. foliis
praeter culmum angustioribus et medium ejus). Polyanthon minus
s. vulgare. Horum tria villosa sunt gluma, ultimum glabrum Gr.
repens Camerarii glumas in dorso non habet glabras, aut si habeat,
omisit J<oh> S<cheuchzer>; aliud paniculo spadiceo viridi cras-

1) Folgt eine Liste von 78 Pflanzen.

siori, sic alia. Careo etiam in Ranunculorum genere illo calyce villosa Fel. Plateri. Plantulas nunc omnes, uti solent geographicas mappas, ex libro confere, ut oculis patescant magis, speroque ante iter nostrum me absoluturum catalogum, ubi paucas quasdam offendes non notatas, in Fungorum vero et adfinium genere fere plures. Ritterus Te salutatur. Neocomi fuit, retulit Asterem lacustrem flore magno forte Helenium offic., tunc Lichenem gelatinosum coeruleum. Adcingo me ad describendum iter Alp. 1731¹⁾. Triumphetti observationes habeo, sed pauca ad nostros usus. Tu vero jam lassus fusissima epistola vale. Die Nov. 6. 1735.

Die 17. praeteriti filius mihi natus est²⁾.

64.

(62).

Plantas gratissimas rite adcepi, optoque ut pari aliquo munere Te demereri queam. Exspecto nunc plantas Staehelinianas (inter quas plurimae Tuae), arboreas et gymnopoly- et gymnodispermas. Tum herbarium vivum Constantianum a Martino, qui 100 Imper. a Magistratu nostro adcepit, in aliquale salarium ob praesectiones anatomicas. Occurrit quaestio. Capitatae a Discoideis quomodo separentur? Nihil invenio praeter longitudinem tubi floris. Vailantius non satisfecit, neque in hac distributione, neque in Dipsacoideis, nimis laxo genere, neque in Radiatis et Discoideis. Ego Dipsacoideas voco Gymnopolyspermas calyce communi, staminibus solitariis, Radiatas, quae corona cinguntur petalorum innatorum, ovario vel fecundo vel sterili vel et nullo, minime tamen degenerantium in formam calycis, nec tubulorum, Discoideas, quae floris tubum habent brevem, majorem diametrum floris ad caulem transversum, radios a calyce aut squamis placentae nullos, Capitatas tubo longe in diametro floris majori cum caule continuo (quo excluditur *Carlina* et *Xeranthemum*), corona nulla nisi flosculorum multifidorum. Tu si meliora nosti, inerti. Figuras fungorum omnium et muscorum a perito pictore parandas constitui, plantarum majorum Alpinarum quomodo, parem non video. Operi numismatico calculum suum dabit bibliotheca nostra; ego Plucknetum adcepi et Montium, utrumque pretio modico, hunc 10 st., illum 39 flor. Batavorum. Vidi Reaumurii historiam Erucarum et Papilionum³⁾,

1) Descriptio Itineris Alpini suscepti M. Junio Anno 1731, Gesner gewidmet, erschien in Tempe Helvetica T. I, S. IV, p. 553. Wieder abgedruckt in den Opuscula botanica, Göttingen 1749.

2) Gottlieb Emanuel.

3) René Antoine de Réaumur, Mémoires pour servir à l'histoire des insectes. Bd. I. Paris 1734. 4. BA II, 62.

lectu dignissimam, neque minora spero de Swammerdamio¹⁾. Favente sereno coelo plurimas plantulas imperfectas detexi. Fungoides minimum cyathi effigie, aureum scyphi vulgaris effigie, niveum, Aspergillum carneum, nigrum elevatum, nigrum capitulis flavis, purpureum, Fungoides magnum semicavum chrystallinum, Erinacei forma, Lichen, Agaricos globosos, majores nigros, minimos, minimos niveos, Fungoides scutellare minimum, Corallini coloris, alia multa, quorum omnium, ubi evoluta fuerint, copiam Tibi faciam; Jüngermanniam etiam folio trifido, aliam capillarem, aliam maximam folio rugoso, Lichenem saxatilem villosum, infra album holoserinum. Haec omnia, quum ad nostrum institutum faciant, placent. Ad anatonem dabitur occasio ex subplicio infanticidae. Dum evolvo communicata experimenta Tua Valesiaca, occurrit fons Apollineus, num *Seilbad*? Tum fons, quem no IV describis (sal eo mensi fontis $\varnothing$ dicti pondere granor. LXX excoctus IV). Quis ille? Num alter ex *Gülle*?)?

Haec enim Altmannianae collectioni inserenda destinavi. De Cirsio Alpino spinosissimo (Carlina alba polycepa CB), de Rhapontuoides sonchi amplissimo folio, de Gramine paniculato Alpino monantho acride Spörliniano circa Bernam lecto. De nostra *Snawel* simili quaedam addam, tum de explicanda historia plantarum aliquot, Ranunculorum Alpinorum IV (illo calyce purpureo careo) aliisque dubiis scribam. Chrystallum destino Boerhaavio; Staehelinus proxime mittit observata de Muscis, quae nostrae synopsi erunt maxime proficua*). D. Ivernoi mecum fuit, laudat suam patriam, misit plantas, sed (in aurem dixerim) sibi valde ignotas. Tu vero vale et me amare perge. Bernae die 6. Dec. 1735.

Memmingensium plantarum copia ut fiat, quae ratio facillima? Centuriam fere adnotavi.

65.

(63).

Ecce me denuo. Petit amicus nobilis, A. Muralt, exemplar auctorum Latinorum historiae Helveticae, quas cum priori exemplari

*) pulcherrimas misit figuras fungorum, plures ut spero missurus.

1) Joh. Swammerdam (1637—1680), holländischer Naturforscher, besonders Entomologe. Seine Bijbel der Natuure, of historie der insecten tot zeekere sorten gebracht erschien von Boerhaave herausgegeben Leyden 1737. 1738.

2) S. Gesner, Epist. I. 261: „Sedimentum Fontis Leucensis IV ex fonte est, quem Cupreum vocant, daß Kupferwaffer, quod ejus potus efficacior sit, et vomitum saepe vel alvi fluxum copiosorem producat. Est ad dextram, ubi scaturiginem gülle dictam accedis: cujus tres distinctos fontes esse non ignoras, sinistrior, quae parum usibus adhibetur; media frequentissimi usus gülle proprie dicta, et dexterior, quae fons cupreus, de quo quaeris. . . . Fons Apollineus in V. sit est idem cum *Seilbad*, si ex prioribus *Golbbrunn* neque non bene rem memini.“

mittes. Bocconiano op̄eri, quod Venetiis coemi, locum inveni, servabo ergo illud Ottianum preciumque refundam. Exspecto etiam Caesalpinum de Plantis ¹⁾. Novis oneribus demergor. Petunt Bouşqueti ²⁾ Genevenses ut Heisteri Chirurgiam Latine reddam, quod aequissimis nonnisi conditionibus suscipere constitui. Hisce diebus ad Albinum literas daturus sum; si quid minuti in Bataviam habes differendum, prompta est occasio. Vidi specimen tabularum botanicarum Seuteri, satis sunt elegantes et pictoriae. Quid de eo proposito sentis? Annon tyronibus satis commodum? Rem nummariam tandem perfeci, habemus vero nummos antiquos fere 5000, Graecos multos percaros, Gothicos deinde varios. Ubi expeditum erit duplex exemplar, alterum mittam.

Vale et mihi favere perge. Die 7. Decembr. 1735.

A Schulthessio pro receptis 10 flor. exspecto dudum exemplaria duo subscriptionum Trewianarum.

Problema. Quomodo distinguitur fructus siliculosus ab illo Centaurei, Gentianae etc.? Cur Fumariae fructus unisiliquus remotetur a Viola, Tozzia etc., cur Oxys et Pyrola a Geranio? Nonne expungenda classis Unisiliquarum et distribuendae plantae ejus in enangias variorum loculorum? Nonne Apocynum Asclepias etc. ad multisiliquas? Ego nunc pro stabilito habeo, monoangiarum tertium genus esse faciendum flore difformi, quo Viola, Pinguicula, Lentibularia, Tozzia, Montia, Phelypaea, imo et Luteola, Reseda. Nonne Helianthemum, Parnassia, Telephium, ad uniloculares pone Lychnidem? Nonne ergo plurima emendanda in methodo praeceptoris nostri ³⁾? Nuper conspectum feci generum 1108; hunc si aves mittam, utcumque dispositum, sed pluribus augendum, corrigendum.

66.

(64).

Nomini Tuo inscriptam epistolam tradidi Altmanno, quae mense Januarii fere prodibit. In ea quaedam botanica non usque quaque perfecta. Nihil egi his temporibus. Ordinavi tamen Gymnomonospermas collatis Staehelinianis, quae plurimas habent exoticas, et in universum videntur ad 6000 adscendere. Observavi et Asterem a Te communicatum et Doronicum radice dulci veros esse Jacobaeoides, (quas praestaret dicere Doronicoides), Doronicum etiam longifolium Austriacum potius Doronicum quam Solidaginem, sed de

1) Andreas Caesalpinus, De plantis libri XVI, Florent. 1583. BB I, 362.

2) Bekanntes Verlagshaus in Lausanne.

3) Boerhaave.

hoc minus certo constat ob unum exemplar. An vere differt Jacobaea latifolia I. B.? Nobis non alia nascitur fere Jacobaea quam quae prima folia habeat Raphani, imo per pedis fere altitudinem extremo lato et obtuso, sed non est aquatica, imo sicca amat. Neque ab hac differre visa, quam Tu communicasti. Exspecto Constantianum herbarium, quod Thoram pluresque alias Sabaudicas plantas dicitur continere. Me Neocomum invitavit D. Ivernoi, neque renuo ante iter nostrum montem aliquem adire, ubi manubiis collectis aliqua parte colligendarum stirpium me exonerem. In Leucanthemis Alpinis rigido, acuto folio etc. parum veri discriminis. Redeo ad characterem Capitatarum, non videtur adsignatus ullus ab auctoribus, de hisce vero nobis cogitandum. Si vacat, mittam Tibi tabulas meas; examinabis rationem divisionum, quae in iis est ad ima fere deducta, methodo quadam composita ex Rajana, Boerhaaviana et Tournefortiana, sed pluribus egeo observationibus, ut eas perficiam, maxime vero Umbelliferis Rivini. Practica pauca, salubre enim frigus saevit. Catarrhales tamen morbi passim, sed innoxii, neque angina neque pleuritis periculosae fuerunt. Nob. a Diebach petit tria Volumina der *Helvetischen* Bibliothec, quas si placet mitte ut et serici adjecti, albi quidem Pf. 3/4, nigri 2/4. A Schultessio ostensa hac epistola nummos si placet repete, 17 florenos quos praenumerationis jure concesseram pessimis illis Norimbergensibus. Hos mihi serva. Novi literati parum, multa spes in Michelio, sed tardat. Montius innumeris gradibus sub Scheuchzero est. Plukneto conmodo utor, sunt tamen icones saepe valde rigidae et alienae. Exspecto floram Prussicam¹⁾ et Buxbaumi Centuriam IV, tum Feuilleti historiam stirpium Peruvianarum²⁾, sed ultra omnium erit nostrum iter, quod uti spero lucem addecendet ad plurima dubia, quorum catalogum conficio. Neque dubium videtur: facto itinere alio in pagum Urbigenum, calidiorem reliqua Helvetia, tum mora, quam in Grindelwald anno altero facere constitui, stirpium colligam plur^{<es>}, earum vero historiam criticam biennio penitus incompleti pinacis speciem perficere potero. Superest tunc excerpendi labor, nostraque conferendi. Non possum quin de hisce fabuler, in quibus omnem meam voluptatem posui dudum.

1) Flora Prussica, seu Plantae in regno Prussiae sponte nascentes, von I. Soesel und I. Gottsched. Regiomont. 1703. BB I, 487.

2) Louis Feuillée, Journal d'observations physiques, mathématiques et botaniques, faites sur les Côtes orientales (lege occidentales) de l'Amérique méridionale et dans les Indes occidentales depuis 1707 jusqu' en 1712. Paris 1714 und: Journal d'observations faites et dans un autre voyage à la nouvelle Espagne et aux Isles de l'Amérique. Paris 1725. BB II, 119.

Stirpes indigenae nunc mihi 2500, praeter 180 fungos, caeterae deficiunt, inter quas vulgares aliquae. Ex Staehelinianis indigenas aliquas subplevi, paucas tamen, Tu vero plurium longe historiam dabis.

Vale et fave. Bernae die 27. Dec. 1735.

67.

(65).

Epistola mea botanica rejecta est ab Altmanno ad fasciculum quartum. Objurgatus fui a Cel. Brunnero¹⁾, quod Tempe haec meis augere velim. Est enim ut nosti minus selectum opusculum, sed dedi hoc amicitiae Altmanni et Tuae, quae eo carior erit, quo remotiores nos in posterum victuros videtur. Vocor Göttingam, Anatomes et Botanices Professor P. O.²⁾; res quidem nondum certa est, sed probabilis. Id si fiat, nihil plane impedit iter nostrum, quod laboribus Alpinis meis finem inponet.

Delineationes satis pulchras trium stirpium misi Norimbergam sculpendas. Fungos hoc anno omnes pingi curabo et stirpes quotquot non delineatae sunt. Kaempferum adquisivi, sed dixit Spoerinus Te jam eo instructum esse. Ex Batavia obtinui Rajanum iter³⁾, maximo certe meo comodo. Schulthessio non addidi literas, sed mone precor. Trew jam 6 Jan. se transmisisse annum 1735 Com. Lit. nuper nunciavit, miror hominis negligentiam. Addidit tabulas osteologicas, pulcherrimas, et omnibus hucusque editis praestantiores.

Fratris repulsa ad rerum publicarum vitia refert, quae solent ad virorum merita esse surdiores. Manet eum alicubi, neque deerit virtutis praemium. Adeo obruor praxi, consiliis, politicis etiam negotiis, quae cum amicis rerum summa admotis quandoque expedio, ut vix spirem et botanica dudum neglexerim. Sed ad ea redeo et absolvam ante iter plantarum criticam. Nugas consigno, sed nolui Spoerinum absque literis demittere.

Vale et me ama. Die 3 Febr. 1736.

68.

(66).

Aeger animo et corpore has Tibi destino, qui Tecum solari meas aerumnas soleo. Angina, obpressione pectoris, animi quadam desponsione ex variis taediis, cum artuum languore laboravi. Heri

1) Vielleicht Joh. Rud. Brünner, Professor d. Eloquenz u. Geschichte in Bern.

2) Am 23. Januar 1736 fragte Aug. Joh. Hugo, der k. Leibmedicus in Hannover, bei Haller an, ob er einem Rufe nach Göttingen an Stelle J. W. Albrechts Folge leisten würde. Der Brief ist abgedruckt bei Hirzel I, 158.

3) Topographical moral and philological observations made in a journey through the low countries of Germany, Italy and France etc. London 1673.

ex senna et tamarindis laxans sumsi, ex quo dejeci plurimā. Nunc praeter anginae reliquias caetera sedantur. Ex Anglia habui Bocconis plantas rariores¹⁾, quas Tibi servo, aut si aliquis Tibi notus has nundinas frequentat, per eum transmitto. Additae fuerant Actis Edinburgensibus, operi certe minime inepto. Plantas meas ex intervallo inviso; deest Gentiana utriculis ventricosus, quae si Tibi abundaverit, inperitias rogo, tum exemplar aliud dissertationis Scheuchzerianae, meum enim Haenelio dono dedi. Languent omnia mea, plantae cum animo meo: abforet practici vinculum quo domui adligatur, erumperem aliquo, sed hoc Deus non dedit. De Göttingensi cathedra adhuc incerta omnia, exspecto certiores leges, miserunt ordinem lectionis, ignotos equidem viros in medicis, Richterum²⁾, Segnerum³⁾. Schulthessio si placet numera 2 flor. pro anno 1736, philyrasque ut paulo adcuratius exhibeat, roga. Exspecto Hanovera fossilia, haec Tibi destino, cum in his rudis sim. Sterilitatem epistolae excusa, prodit ab homine aegro, et nauseante omnia. Vale die 12. April. 1736.

69.

(67).

Die VI. hujus mensis literae ad me pervenerunt, quibus cathedra anatomica Academiae Göttingensis cum stipendio 640 Imperial. et 400 Imp. ad itineris impensas, oblata est. Hodie bibliothecae curam deposui, perfecto prius in ea labore. Sunt equidem inter magnates qui variis conditionibus ab itinere tentant abstinere, verum parum in eorum moliminibus pono fiducia. Prius autem quam tanto locorum intervallo separemur, omnino et Tecum Rhaetiam et prius Dolam Montem conscendere constitui. Id solum doleo quod in tanta rerum mearum mutatione imperfectos labores ad historiam stirpium Helveticarum deseram. Sed Tu haec perficies, ego vero quae exspectantia conferre licebit Tua faciam. Inpedit negotiorum nubes. Schulthessius reddet Bocconum. Vale et fave. Die 8. Maj. 1736.

1) Wahrscheinlich der Museo di piante rare. Venet. 1697.

2) Georg Gottlieb Richter (1694—1773) wurde 1735 von König Georg II. nach Göttingen berufen. Er trat seine Funktion als königlicher Hofrat, Leibmedicus und Professor med. prim. 1736 an. Er blieb in Göttingen bis zu seinem Tode, las über Encyclopaedie, Diaetetik, Pathologie, Materia medica und hielt die klinischen Übungen ab. J. S. Pütter, Versuch e. academ. Gelehrten-Geschichte v. d. G.-A.-Universität zu Göttingen. I, 155; II, 39.

3) Johann Andreas von Segner (1704—1777), 1735 an die neugegründete Universität Göttingen berufen, nach dem Tode Albrechts 1736 eine zeitlang der einzige Professor der medizinischen Fakultät. 1755 folgte er einem Ruf nach Halle. Er hat besonders die Physik bereichert. Pütter I, 94; II, 43.

70.

(68).

Te lectularium doleo¹⁾, gaudeo quod aegritudo Tua animum non fregerit, neque corpori minetur. Ego integra sum valetudine, mente non item, adeo varia obversantur, patria, amici, iter, labores quos abrumpo, quos adeo. Hodie ut avocarem animum, petii torfaceas paludes Gumlingenses; ibi reperi Vitem Idaeam folio rorismarini. Confirmo materiam maxime praebere combustibilem muscū palustrem mollissimum, juxta Gmelini observationem. Proxime Basileam peto, inde Dolam, tunc Tigurum, Tecum futurus amicorum suavissimo. Morbum ubi excusseris, cura, si fieri potest, ut honesto pretio mea fiat collectio Scheuchzeriana: hanc mitte cum manuscriptis, si venalia sint. Sed ea non admodum curo. Spörrinum etiam mone aut de Rivino aut de nummis, indica me recepturum aliquot exemplaria meae dissertationis.

Ludwig²⁾, socius itineris Hebenstreitiani, dedit ad me literas, quibus junxit dissertationem de vegetatione plantarum marinarum mediocrem. Caeterum nihil habeo novi, exspecto quaedam, tum stirpes Monspelio. Tu vero semper abundas exoticis, indigenis etiam ditissimus. Sed et ego nunc incumbam magis et ut aliquorū sum erepam, curabo sedulo.

Obtulerunt procures expectationem Collegii Physicorum cum annuo augmento 100 Thal. Ego vero oblatam occasionem et me exornandi, et aliis proficiendi nolui deserere. Non tamen <in> perpetuum abero patriamque repetam, quam primum senatus noster subplebitur, felici si esse licuerit. Totus ero plantis solutus vinculis praxeos, quae certe gravia sunt, nec aurea tamen. Dilabor ad fabulas, et multa ruit nox. Vale et me ama.

Bernae die 18 Maj. 1736.

71.

(69).

Ereptum mihi Scheuchzeri thesaurum herbarium³⁾, id me solatur, quod spes sit eum Tecum evolvendi et adnotandi quae in eo ultra mea aut Tua peculiaria fuerint. Iter nostrum reservo Julio mensi, cujus initio Tigurum adibo, prius autem celebrem Rajanis laudibus Dolam perquiram, nisi pluviae inpediverint. Viam

1) Epist. I, 270; „Febri miliari alba laboro, quae jam cum summo meo taedio ultra 14. dies nonnisi lecti calore suam crisin perficit.“

2) Christiam Gottlieb Ludwig (1709—1773), der künftige Leipziger Professor, der mit Hebenstreit nach Afrika gereist war. De vegetatione plantarum marinarum, Leipzig 1736, war seine Doktorarbeit.

3) Das Herbarium wurde von Johannes Scheuchzer für 50 Taler gekauft. Epist. I, 270.

diriges ipse et negotiorum meorum status. Ultimum vale patriae dicam elabente Augusto. Poterimus vero si volupe sit Badae convenire, ubi supra vineas praefecti fere nudi sunt scopuli, puto plantis non vidui. Tilliana amicitia si Te vel mediante vel conciliante ad me pervenire potuerit, esset gratissimum, cum inter mandata mea sit hortum medicum condere. Qua occasione et apud alios amicos Tuam adpello auctoritatem, ut seminibus mihi prodesse velint, ipse stirpibus siccis, seminibus, officio quocunque non deero. Historia nostra nunc quid fiet? Sed Tu coram docebis, qua ratione labores nostros unire placeat.

Nunc ad mea. Exeunte Majo Basileam pedes petii. In Hauensteinio Monte praeter Cariophyllum quemdam cum barbulis ad petalorum ortum, parum inveni, Hieraciumque radice praemorsa. Leucostabuli obviam facti Staehelinus et Koenigius adtulerunt Muscum stellarem cum capitulis, rarum spectatu. Porro Basileae herbas siccas C. Bauhini, Plateri¹⁾ et Hagenbachii²⁾ examinavi, neque pauca per eas didici de veris plantis C. Bauhinianis vulgo ignorata. Muttonium, Munchenstein, Michelfeldam, M. Wasserfall et Vogelberg visitavi. In hisce Helleborine angustifolia albo flore, Rosa sine spinis flore kermesino et Spondylium Alp. glabrum placuerunt inpensius. Frequens ibi Orchis fl. rubente conglomerato depicta Dill., palmata flore viridi, aliae ignotae C. Bauhino. In fonte quodam Staehelinus deprehendit Zanichelliam. Plane ferax fuit iter variis et utilibus observatis, multasque plantas Helvetiae indigenas esse didici, de quibus non speraveram. In libros raros incidi, Hortum Blesensem³⁾, Cornutum⁴⁾ etc. Quis vestri Muralti Paradisus⁵⁾? Quale Polygonatum perfoliatum Gotthardi memorat? Pulchra Staehelini de muscorum organis, de spermate plantarum vidi, sed incondita: spondet plura, ad muscorum maxime historiam. Huberus meus non indiligens est botanicus et felix, si labori sufficeret. Figuratos etiam lapides ad Madreporas pertinentes cumulatim re-

1) Felix Platter (1536—1614), der bekannte Basler Anatom. Näheres bei Burckhardt S. 64 ff.

2) Joh. Jak. Hagenbach (1595—1649), Schüler von Fabricius Hildanus und C. Bauhin, Prof. Logices et Ethices in Basel. War ein trefflicher Botaniker. S. Burckhardt S. 178.

3) Hortus Regius Blesensis. Paris 1655.

4) Jacques Cornut, Canadensium Plantarum, aliarumque nondum editarum historia etc. Paris 1635. BB I, 453.

5) Johannes von Muralt (1645—1733), bedeutender Zürcher Arzt und Chirurg: Physicae specialis pars quarta, seu Helvetiae Paradisus. Zürich 1710, deutsch 1715, sein einziges und ziemlich unbedeutendes botanisches Werk. BB I, 620.

perimus supra Dornach. Sed plura alias Tecum confabulabor. Quid verum in rumore de *Thermis Fabariis* amissis? Exspecto de Spoe-rino. Vale et me ama. Bernae die 11 Jun. 1736.

72.

(70).

Expeditus nunc ab itinere Grindelwaldensi alteroque in montes Dole et Thuiri per Genevam suscepto, proxime me in viam dabo et die lunae qui erit 15 mane Badae Te conveniam in hospitio, si placet „Zum Seien“, inde Tigurum Tecum petiturus, ubi ex Tuo et Scheuchzeri herbario proficere licebit porroque quas placebit Alpes Tecum invisurus, ita tamen ut ineunte M. Augusto Bernae reducem esse liceat, cum eo exeunte navem constituerim. In Thuiri Monte Thora, Anthora, *Siderites* Val. Dourez, *Alsine* lini flore Rai, *Linum coeruleum* sativo durius, *Elichrysum pulchrum* occurrerunt, in Dole copiose *Chamaespilus Gesneri* in flore, et aliae a Rajo indicatae.

In Grindelwaldiano praeter *Lichenem nigerrimum corniculatum* vix occurrit quo Te carere putaverim, sed misit *Stachelinus Limodorum Sissaci* visum, *Ulvam palustrem bifurcatam*, *Zanichelliam Mich.* et *Rosam flavo flore*. Sed de his omnique re nostra coram et ociose. Novi nihil. *Zanichellii* opus spei non respondet, habet figuras argute et superficialiter incisas more *Bocconi* et *Barrelieri* plantas plerasque vulgares, et quas ex *Ins. Veneti* maris non sperasses. — *Huberus* petit *Valesiam*, curam habebit plantarum quarumdam, *Geranū aconiti folio maximi*, minoris laciniati etc., quas omisi. Non respondisti de *Thermis Fabariis*, sed ipsi melius quid sit oculis nostris discemus. Vale et me ama. Bernae die 11 Jul. 1736.

73.

(71).

Redux in urbem patriam id primum curavi ut plantas Tibi seponerem, quas cum Tuo et amicorum libris adceperis. Ex ultimo itinere plurimae etiam provenerunt notatu dignae: *Rhaponticum helenii folio*, *Juncoides folio trifido*, *Bupleurum medium*, *Gallium mont. purpureum*, *filicis quaedam species*, *Umbellifera magna mihi ignota*, *Pedicularis puto nova*, latissima, flore atropurpureo in aretam spicam congesto, *Millefolium Alp. tomentosum*, *Iva moschata*, *Ranunculus calyce villosus Fel. Plateri*, *gramina quaedam et egregii musci*. Deficit tamen *Juncus bombycinus* frustra in paludibus *Gothardi* quaesitus, et *Hieracium flore ochrolenco*, illud etiam magno flore quod *hypocheris*, et *purpureum*; in *Urserena valli* vulgare est, uti et *Sedum mont. Gnaphalodes*. Vidi vero pulcherimas stirpes circa pontem *Teufelsbrunn*, tum in superioribus *Furcae* circa fontem *Ursae*, tandem circa magnificum glaciei molem, ex qua *Rhodani* pars oritur, neque sterilis *Grimsula*.

Sed quo me abripit antiquus stirpium amor? Quin prius Tibi Tuisque gratias ago pro eximia qua suscepistis ignotum et extraneum amicitia, humanitate, benevolentia. Ea si vicissim detur demereri, felicissimum videbitur. Id vero in primis optatu est dignius, ut restituto pristinae sanitatis vigore ad florae opera redire Tibi liceat. Indolui certe, cum plantarum ditissimos montes relinquerem absque vindice totque ineffossos thesauros oblivioni, ignorantiae concederem. Quos Tu solos eripere inutilitati inque publicos usus convertere noveris. Vale et me ama. Salutem dic amicis. Bernae die 1. Aug. 1736.

74.

(72).

Ecce paucas plantas, plures nec ex cumulo mearum eruere potui neque siccae sunt, seponentur autem quando paratae erunt. Sero eas adipis, quod uxor cum Genevensibus sero advenerit. Nomina laxè sumes, neque enim ullo modo his adcurate incumbere vacat. Monspelio adcepi Magnolium, opus nullius momenti. Nummos addo pro panno crispo, tum pro libello quem dabis D. Wyss; aliquid si defecerit, subplebo. Staehelinus porro laborat: fungi novum genus se dicit detexisse, laudatur a Zanichellio. Linnaeana¹⁾ ut mihi pares, est quod denuo orem. Si quid ego in remotis his provinciis pro Te possim, in plantis, fossilibus, non voluntas certe unquam, sed vires deficient. Vale et me ama. Die 7 Aug. 1736.

75.

(73).

Has dum ex Patria ultimas ad Te scribo, non possum quin aliquis subrepat dolor, dum amicitiae nostrae diu excultae eum finem video, ut exterus ego Te conterraneum nunc exterum habeam. Sed haec omnia Deus ad melius. Ecce stirpes pauculas quibus Te carere autumo, ex itinere ultimo, caeteras ex meo siccarum plantarum thesauro olim deligere non obliviscar. Lugdunensem historiam quae fuerat edita 1653 omni modo mutatam repudiavi, ut verbis meis stare non queam ipse indigus libri. Exoptatissimus semper fuerit nuncius qui Te valere et ad communia studia redire nunciaverit, unde et mihi et rei botanicae spero plurima. Conmendo vero plantas Rhaeticas Valtelinaeque Vallis ut rariores minusque pervestigatas; Gothardianas certe excepto Junco bomby-

1) Karl von Linné (1707—1778), der große schwedische Botaniker und Arzt. 1732—1735 war seine *Flora Laponica* erschienen, 1735 sein *Systema naturae*. Im gleichen Jahr hatte er mit einer Schrift „*Hypothesis nova de febrium intermittentium causa*“ in Harderwyk promoviert. Gurlt-Hirsch IV, 3. BB II, 244.

cino fere exhausti. Nob. Wyssium data occasione mone, ut rem quam tractare cum eo ceperam non negligat penitus, sed aliquid aut affirmativi aut negativi nunciet, neque amicum meum teneat suspensum.

Totus nunc sum in colligendis sarcinis, librorum cistas jam compactas effringere opusque iterare cogor. Bernam vero relinquam die 7 Septembris. Schulthessius quae ante id tempus habet mittenda, mittet, post id tempus duo exemplaria Osteologiae Trewianae¹⁾, quae amicis meis comparavi, mittat socero meo Wyssio. Commercia vero si ad me pertineant, Francofurtum aliqua occasione promoveat ad Renier mercatorem et speditorem ut vocant.

Tu vero longum vale sisque mei memor, dum ego Tui. Non despondeo quin senes olim excultam a juventute amicitiam praesentes novis confirmemus osculis. Vale, die 25 Aug. 1736.

76.

(74.)

Ecce plantulas. Hoc ipso die relinquo patriam urbem. Vale longumque vale. Certum est apud me non dissolutam iri nostram amicitiam locorum intervallo. Ero certe ubicunque Tuus. Vale, me et communia studia perge amare. Bernae die 7 Sep. 1736.

1) In einer Programmschrift von 1733 hatte Chr. J. Trew eine neue Osteologie versprochen, die dann aber erst 1767 erschien: Tabulae osteologiae corporis humani. BA II, 99.

